z ἐπειδὰν δὲ ὑπερκύψῃ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν δεῦρο τόπον,] Abſurdum hoc videtur, et idem, ac ſi diceres, *de coelo in terram* ADSCENDERE. ὑπερκύπτειν enim *adſcenſum* denotat, vt XVII, 10. ὑπερκύψαι τοῦ οὐρανοῦ, *ſupra coelum ſe proferre*: quod ὑπερκύψαι τῶν οὐρανοῦ νώτων ex Platone vocat Synesius in *Dione*, p. 40. Hoc autem loco *deſcenſus* in terram plane deſcribitur, vnde legendum, ὑποκύψῃ τοῦ οὐρανοῦ etc. *poſtquam vero infra coelum ſe demiſerit verſus haec noſtra loca*. Senſum vidit Cl. Interpres. M.

συνήθης τῷ ποταμῷ, διὰ μνήμης ἔχων τὴν ἐκείνου φύσιν, ἐπειδὰν ἐντύχῃ, καὶ γνωρίσῃ, καὶ ἴχνος αὐτοῦ φανῇ, ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνὸν [a], σκιρτᾷ, καὶ φλογοῦται, καὶ φαιδρύνεται, καὶ ἐρᾷ. Τοῦ δὲ κάλλους τούτου ἔλθοι μὲν ἄν τις μοῖρα καὶ ἐπὶ ποταμὸν εὐροώτατον, καὶ ἐπὶ φυτὸν εὐβλαστότατον, καὶ ἐπὶ ἵππον γενναιότατον, ἀλλ᾽ ὅ, τι περ κάλλους ἀργότατον καὶ ἀμβλύτατον [b]· εἰ δέ τίς ἐστιν αὐτοῦ ἐπιφοιτῶσα

diu prius cognouit, totamque eius naturam animo impreſſit, ſimul ac accurrit illi, ſimul ac vel minimum eius ſignum videt, non aliter, quam Vlyſſes,

de patriis fumum cum conſpicit oris,

exſultat, gaudio accenditur, exhilaratur, amatque. Huius pulchritudinis partem aliquam exiguam fluuius purus, planta florida, equus generoſus, ſibi vindicare poſſunt. Si quae tamen eius

a καὶ ἴχνος αὐτοῦ [φανῇ,] ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνὸν,] Hoc ne Graecum quidem eſt. Homerus, ad quem reſpicit noſter, habet Odyſſ. Α'. 58.

Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι.

et inde fit, vt Heinſius, ſuppleta voce, legat ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνὸν [νοήσας.] Sed concinnior eſt emendandi ratio; legas enim oportet: καὶ ἴχνος αὐτοῦ [νοήσῃ,] ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνόν. Tum demum integra fit oratio.

Ibid. ἐπειδὰν ἐντύχῃ καὶ γνωρίσῃ, καὶ ἴχνος αὐτοῦ φανῇ,] Hyſteron proteron in ſenſu. inducitur enim hic Platonicus *cognoſcens* τὸ Καλὸν, *antequam* vlla veſtigia eius appareant. Senſit hoc incommodum *Heinſius*: ideo voces καὶ γνωρίσῃ in Verſione omiſit. et quia ſequentia, ἀποθρώσκοντα καπνὸν, nihil habebant, vnde dependerent, ingenioſe ſuppleuit ex Homero νοήσας. Cl. Editor pro φανῇ legit νοήσῃ. Sed haec coniectura praeter nimiam mutationem, premitur obiectione paulio ante memorata, et eſt ἄνω ποταμῶν. Tentemus et nos remedium facilius, ne literam quidem mutando vel addendo: ἐπειδὰν ἴχνος αὐτοῦ φανῇ, καὶ ἐντύχῃ, καὶ γνωρίσῃ, ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρώσκοντα καπνὸν, σκιρτᾷ καὶ φλογοῦται, etc. Hic videtur eſſe naturalis ordo Narrationis et Conſtructionis. M.

b ἀλλ᾽ ὅ, τι περ κάλλους ἀργότατον καὶ ἀμβλύτατον·] Vulgo deſunt hae voces, quas Mſſ. Reg. et Harleian. debemus. Eas etiam Paccius in ſuo codice legit.

φύσις τὴν γῆν [c], ἴδοις ἂν ταύτην οὐκ ἄλλοθι, ἢ ἐν ἀνθρώπῳ, τῷ καλλίστῳ καὶ νοερωτάτῳ γηΐνων σωμάτων, καὶ τῷ ψυχῆς μεμοιραμένῳ συγγενοῦς αὐτῷ τῷ καλῷ [d]. Καὶ διὰ τοῦτο νοῦν ἔχων, ἄγαλμα μὲν ἰδὼν, ἐπαινεῖ τὴν τέχνην [e], ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ ἀγάλματος· καὶ φυτὸν ἰδὼν, ἐπαινεῖ τοῦ καρποῦ, ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ φυτοῦ· καὶ ποταμὸν ἐπαινεῖ τῆς πρᾳότητος, ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ ποταμοῦ· ἐν δὲ ἀνθρώπῳ ἐπειδὰν ἴδῃ κάλλος ἔμπνουν καὶ νοερὸν καὶ ἀρετὴν προοιμιαζόμενον, καὶ τὴν μνήμην ἐγείρει, καὶ ἐρᾷν οὐ

eius ad terram vſque perueniant reliquiae, non facile alibi eas, quam in homine, qui forma et ratione inter omnia mortalia excellit corpora, qui anima praeditus eſt, quam merito pulchri illius cognatam dixeris, inuenias. Propterea qui ſapit, ſtatuam cum videt, laudat in ea artem, non tamen amat ſtatuam; et plantam qui videt, laudat in ea fructum, non tamen amat plantam; et in fluuio aquae tranquillitatem laudat, non tamen amat fluuium: in homine vero, cum videt pulchritudinem viuam, mente praeditam, virtutis futurae praenunciam, continuo me-

moriam

c εἰ δέ τίς ἐστιν αὐτοῦ ἐπιφοιτῶσα φύσις τὴν γῆν,] In Regio deeſt vox φύσις, et mauult Heinſius, vt ſubaudiatur, quod praeceſſit, nempe μοῖρα. Aſt profecto ſi κάλλος μοῖρά τις ἐπὶ ποταμὸν εὐροώτατον καὶ ἐπὶ φυτὸν εὐβλαστότατον veniat, has etiam res in terra manere liquet. Harleian. dat, εἰ δέ τίς ἐστιν αὐτοῦ μόνῳ φοιτᾷ γὰρ τὴν γῆν. Corruptiſſime quidem; forſan tamen ex eo, ſimul et Regio, Maximi poſſumus eruere manum. Lego: εἰ δέ τίς ἐστιν αὐτοῦ [εἰκὼν] ἐπιφοιτῶσα τῇ γῇ.

Ibid. εἰ δέ τίς ἐστιν αὐτοῦ ἐπιφοιτῶσα φύσις τὴν γῆν,] Deeſſe puto Adiectiuum ἀμιγὴς, vel ὁλόκληρος, ante ἐπιφοιτῶσα: vide praecedentia. Senſus, qui in Vulgata nullus eſt, hic eſſe debuit: *ſi qua vero portio eius immixta et genuina in terris verſetur, hanc non alibi inueneris, quam in Homine*, etc. M.

d συγγενοῦς αὐτῷ τῷ καλῷ.] Vulgo συγγενοῦς αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. Scilicet H. Stephanus ediderat συγγενοῦς αὐτῷ τοῦ καλοῦ, quod Heinſius, lectore non monito, mutauerat. Sed veram lectionem ſeruant Reg. et Harl.

e καὶ διὰ τοῦτο νοῦν ἔχων — ἐπαινεῖ τὴν τέχνην,] Mallem, cum articulo, ὁ νοῦν ἔχων, vt XVIII. 5. XXXVI. 5. et alibi. Deinde, pro τὴν τέχνην forte ſcribendum τῆς τέχνης. quia ea forma vtitur in duobus ſequentibus exemplis, ἐπαινεῖ τοῦ καρποῦ, et, ἐπαινεῖ τῆς πρᾳότητος: in quibus locis ſubintelligitur ἕνεκα. M.

f καὶ

Φησι μὲν [f] τοῦ ὁρωμένου, τὸ δὲ ἀληθὲς ἐρᾷ κάλλους ἀληθεστέρου. Διὰ ταῦτα καὶ Σωκράτης ἑώρα τὰ καλὰ τῶν σωμάτων, καὶ ταχέως ἔβλεπεν, καὶ πάντα ἔβλεπεν.[g] οὐκ ἐλάνθανε δὲ αὐτὸν κάλλος, οὐκ ἐν παλαίστρᾳ [h] καταδεδυκὸς [i], οὐκ ἐν Ἀκαδημίᾳ πλανώμενον, οὐκ ἐν συμποσίοις εὐωχούμενον· ἀλλ᾽ οἷα θηρευτὴς δεινός, διὰ σωμάτων ἀνθρωπίνων διετέλει μεμνημένος κάλλους ἀληθινοῦ.

moriam ſuſcitat, neque illud, quod videt, ſed reuera veriorem longe amat pulchritudinem. Haec cauſa eſt, cur tam diligenter inſpiceret pulchra corpora Socrates, tam cito pulchritudinem animaduerteret; cur nulla, ſiue ea in palaeſtris verſaretur, ſiue in Academia oberraret, ſiue in conuiuiis comeſſaretur, pulchritudo eum praeteriret; non ſecus quippe, quam venator accuratus, per humana corpora in memoriam verae illius pulchritudinis redibat.

DISSERT.

f καὶ ἐρᾶν [οὐ] φησι μὲν] Ait Heinſius, in Mſ. recte legi, καὶ ἐρᾶν φησὶ μέν. Hanc ſane varietatem ex Mſſ. noſtris adnotatam non video. Negandi tamen particula, ſicut arbitror, auctoris menti repugnat. Forſan reſcribendum: καὶ ἐρᾶν [εἶ] φησὶ μὲν τοῦ ὁρωμένου, τὸ δὲ ἀληθὲς ἐρᾷ κάλλους ἀληθεστέρου. Illae certe voculae paſſim confunduntur.

Ibid. καὶ ἐρᾶν οὐ φησι μὲν τοῦ ὁρωμένου, τὸ δὲ ἀληθὲς] Nullus in his Senſus. Reſtitue: καὶ ἐρᾷ, πρόφασιν μὲν, τοῦ ὁρωμένου· τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐρᾷ κάλλους ἀληθεστέρου. *et amat, ſpecie quidem, rem viſam; reuera autem, amat pulchritudinem veriorem.* Lyſias Orat. in *Agoratum* p. 236. Ed. *Tayl.* πρόφασιν μὲν, ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσάμενος· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι ἀντεῖπεν ὑπὲρ ὑμῶν, μὴ καθαιρεῖν τὰ τείχη. Nazianzenus *Stelit.* I. p. 25. Edit. *Eton.* 1610. προφάσει μὲν, ὡς ἀπολογησόμενος ὑπὲρ τοῦ διαδήματος, — τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς μεταστήσων εἰς ἑαυτὸν ἅπαν τὸ κράτος. vbi pro προφάσει Margo notat ſcriptum quoque eſſe πρόφασιν. alibi dicit πρόσχημα pro πρόφασιν, et opponit τὸ δὲ ἀληθὲς, p. 45. Hinc εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ opponuntur Epiſt. S. Pauli ad *Philipp.* I, 18. Locutionem paſſim inuenies. M.

g καὶ πάντα ἔβλεπεν·] Vulgo deſunt haec vocabula, quae praeſtant Reg. et Harleian.

h ἐν παλαίστρᾳ] Vulgo ἐν παλαίστραις. Cum nobis facit vterque codex, et ita Paccius in ſuo Mſ. reperit.

i ἐν παλαίστραις καταδεδυκὸς] Maſſem, ἀποδεδυκὸς, *nudans ſe,*

 exuens

ΛΟΓΟΣ ΚΗʹ.

Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης ἡ διὰ φιλοσόφων λόγων ἀμείνων.

Διηγεῖται Ὅμηρος περὶ Ὀδυσσέως, ὅτι χήτει νεὼς ἐπὶ σχεδίας πλέων, χειμῶνος ἐπιγενομένου, σκεδασθείσης τῆς σχεδίας [a], νηχόμενος ὑποβαλλούσης αὐτῷ κρήδεμνον τῆς Λευκοθέας, ἐμπεσὼν εἰς τὴν Φαιάκων γῆν, ἱκετεύσας βασιλικὴν παρθένον, κομισθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς τὸ ἄστυ, τυχὼν αἰδοῦς παρ' Ἀλκινόου, κοινωνεῖ τῆς ἑστίας τοῖς Φαιάκων ἀρίστοις, καὶ μετὰ τοῦτο ἐνάρχεται τῶν πρὸς τὸν Ἀλκίνοον λόγων ὧδί πως· Ἀλκίνοε βασιλεῦ [b], καλὸν μὲν ἀκούειν ἀοιδοῦ ἀγαθοῦ, οἷος

DISSERT. XXVIII.

Omni ſermonum voluptate maiorem eſſe eam, quae ex philoſophia percipitur.

Refert Homerus, Vlyſſem, cum nauem non haberet, ratem ſibi extemporaneam, qua nauigaret, confeciſſe; quae cum vi ſubito exortae tempeſtatis diſſiparetur, accepiſſe a Leucothoe vittam, qua innixus nauigare coepit, donec tandem Phaeacum terram appulit; vbi regis filiam inuenit, a qua precibus ſuis hoc impetrauit, vt ab ea in vrbem deduceretur, Alcinoum regem ſibi propitium haberet, contubernio ab eo iuxta ac Phaeacum primates exciperetur, tandemque orationem ad regem habet, cuius hoc fere eſt initium: Equidem res pulcherrima eſt, rex Alcinoe, praeſtantem, qualis hic eſt, audire citharoedum.

exuens veſtes. quod *palaeſtris* proprium eſt, vt πλανώμενον *Academiae*, et εὐωχούμενον *conuiuiis.* Lucianus de *Paraſit.* p. 263. τίς ἐν παλαίστρᾳ φιλόσοφος ἢ ῥήτωρ ἀποδὺς, ἄξιος συγκριθῆναι παρασίτου τῷ σώματι; vbique occurrit. M.

Sectio ά.

a Σκεδασθείσης τῆς σχεδίας,] Vulgo σχεδασθείσης, pro qua voce κεασθείσης vel σχισθείσης repoſuit H. Stephanus. At Reg. et Harl. σκεδασθείσης, quod rectum; ac ita Schottus ex coniectura.

b Ἀλκίνοε βασιλεῦ, etc.] Verſus, ad quos Maximus reſpexit, exſtant Odyſſ. ι'. 2. ſeqq. Omnino vide doctiſſimum Duportum Gnomol. Homer. p. 194.

c Τί

ȣ̃τος, τὴν τέχνην θεῖος. Τί γὰρ εἴη χαριέςερον [c] τέλος δήμȣ εὐθυμȣμένȣ· καὶ δαιτυμόνων οἶκοι, ᾠδῆς ἀκροωμένων, καθημένων ἑξῆς· καὶ τραπέζης ἀφθόνȣ, καὶ κρατῆρος μεςȣ̃; Ἐρωτῶ δὴ τὸν Ὀδυσσέα· Τί ἡγῆ [d] εἶναι τὴν εὐφροσύνην, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν; τράπεζαν μεςὴν κρεῶν καὶ σίτȣ, καὶ κρατῆρα πλήρη, καὶ οἶνον διαχεόμενον, καὶ ἐπὶ τȣ́τοις ᾄδοντα ἀοιδὸν, οἵας ἐκεῖνος ᾠδὰς ᾖδεν·

Νεῖκος Ὀδυσσῆος [e] καὶ Πηλείδεω Ἀχιλῆος·

ἢ αὖ κοῖλον ἵππον, ἔνθα εἰσδύντες οἱ ἄριςοι τῶν Ἑλλήνων, εἰς τὸ ἄςυ εἰσενεχθέντες, προχυθέντες τȣ̃ ἵππȣ [f], μεθύȣσιν ἐπιθέμενοι, εἷλον τὸ ἄςυ;

Τȣ̃τό τί [g] σοι κάλλιςον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι;

dum. Quid enim ſperari in vita poſſit beatius, quam ſummam populi hilaritatem; longumque domi ſpectare conuiuarum ordinem, quos omnes cantus delectat; quam menſam probe inſtructam, plenos vini calices? Mihi ita libeat interrogare Vlyſſem: Equidem ſcire ex te velim, vir ſapientiſſime, quid voluptatem voces? menſamne carnibus ciboque plenam, plenum calicem, magnam vini copiam, et, ne quid deſit, citharoedum, qui eodem, quo ille, modo,

Et Laertiadae magni et certamen Achillis,

aut equum concauum canat, quo in vrbem deferuntur Graecorum principes, quam vino ſepultam inuadunt?

Hoccine prae cunctis adeo tibi dulce videtur?

2 Nae

c τί γὰρ εἴη χαριέςερον] Puto ἂν deeſſe: τί γὰρ ἂν εἴη χαριέςερον τέλος δήμȣ εὐθυμȣμένȣ, καὶ δαιτυμόνων οἶκοι, ᾠδῆς ἀκροωμένων etc. ita diſtinguendum. Caeterum quod Homerus dicit ἀνὰ δώματα, Maximus videtur efferre per οἶκοι: num recte et accurate? Quae ſequuntur, Ἐρωτῶ δὴ τὸν Ὀδυσσέα etc. adumbrata ſunt ex tertio Platonis Πολιτείας, p. m. 170. vbi Socrates improbat hanc Vlyxis vel Homeri ſententiam, vtpote *Temperantiae* nociuam. M.

d τί ἡγῆ] Vulgo τί ἥγησαι. At vterque codex τί ἡγεῖ, quo modo Reg. conſtanter pro ἡγῆ.

e Νεῖκος Ὀδυσσῆος] Odyſſ. Θ´. 75.

f προχυθέντες τȣ̃ ἵππȣ] Vulgo προχυθέντες [δὲ] τȣ̃ ἵππȣ. Voculam, quam deleuimus, non agnoſcunt Mſſ. Vide Odyſſ. Θ´. 514.

g Τȣ̃τό τι] Odyſſ. Ι´. 11. Ibid. Τȣ̃τό τί σοι κάλλιςον etc.] Citat

β΄. Δεινός τις εἶ, ὦ σοφώτατε Ὀδυσσεῦ, ἐπαινέτης εὐφροσύνης δημωδεστάτης [h], οἵαν καὶ βάρβαρος ἀνὴρ ἐπαινέσαι, καὶ ἄρτι ἐκ Βαβυλῶνος ἥκων, συνήθης πολυτελεῖ τραπέζῃ, καὶ οἴνῳ χεομένῳ πολλῷ, καὶ ᾠδῇ αὐτοσχεδίῳ· καὶ ταῦτα, ὡς φῄς, ὑπεριδὼν παρ' ἄλλοις τοῦ μελιηδέος λωτοῦ [i], καὶ τῆς Σειρήνων ᾠδῆς. Μήποτε οὖν ἔοικέν τι Ὅμηρος αἰνίττεσθαι ἄλλο κρεῖττον, ἢ ὁποῖον τὰ ἔπη λέγοι οὑτωσὶ ἀκούσαντι εὐθύς [k]. Τὸ γάρ τοι κειμένων σιτίων ἀμφιλαφῶν, καὶ οἴνου πολλοῦ, ταῦτα μὲν ἐπιθεῖναι ταῖς τραπέζαις, καὶ τὸν οἶνον τῷ κρατῆρι ἐγχέαι, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς δαιτυμόνας ἐν τοσαύταις ἡδοναῖς ἀκροωμένους τοῦ ἀοιδοῦ σπουδῇ, εὐσχήμονά τινα [l] ἔοικεν εὐωχίαν διηγεῖσθαι ἡμῖν, οἵαν

2. Nae tu, ſapientiſſime Laertiade, laudibus miris voluptatem commendas nobis plane triuialem, qualemque barbarus aliquis, qui recens Babylone rediret, commendaret, vbi ſumtuoſas epulas, vini copiam, et vulgares eiuſmodi cantiunculas mirari didiciſſet: tu, inquam, qui aliis in locis, vt narrare ſoles, loti ſuauitatem, cantum Sirenum potuiſti contemnere. Quare caue, ne aliud innuere Homerus velit, quam quod prima fronte indicare ipſi verſus videntur. Et mihi quidem videtur, qui menſas omni ciborum genere refertas, qui calices vini plenos, qui inter has omnes voluptates conuiuas etiam inducit, qui ſuauiſſimo cantu delectentur, honeſtiorem aliquam nobis voluptatem

Citat Lucianus in *Paraſito*, p. 245. vbi pro εὔδαιμον νομίζων ſcribe εὐδαιμονίζων. M.

Sectio β΄.

h εὐφροσύνης [δημωδεστάτης,] Sic H. Stephani, Coſmique Paccii codices. At Reg. et Harleian. δημωδέστατος, quod receptae lectioni praefert Heinſius. Immerito quidem, prout arbitror.

i μελιηδέος λωτοῦ,] Sic optime Stephanus edidit, licet eius codex exhibuerit μὲν ἡδέος λωτοῦ, nec aliter Reg. et Harleian. Vide ſis Odyſſ. ι΄. 94.

k τὰ ἔπη [λέγοι] οὑτωσὶ ἀκούσαντι εὐθύς.] Vulgo τὰ ἔπη [λέγει τῷ] οὑτωσὶ ἀκούσαντι εὐθύς. Nos lectionem Regii codicis admiſimus. Quin et τῷ locum non praebet Harleian.

l ἀκροωμένους τοῦ ἀοιδοῦ σπουδῇ, εὐσχήμονά τινα] Vulgo diſtinguunt ἀκροωμένους τοῦ ἀοιδοῦ, σπουδῇ εὐσχήμονά τινα etc. Nos interpunctio-

μιμήσηται ἄν τις νȣ̃ν ἔχων, μεταθεὶς τὰς ἡδονὰς ἀπὸ τῶν αἰσχίςων ἐπὶ τὰ κοσμιώτατα, ἀπὸ τῆς γαςρὸς ἐπὶ τὰς ἀκοάς· ἢ ȣ̓δὲ τȣ̃το ἀπόχρη [m], εὐωχεῖν τὰς ἀκοὰς εἰκῆ καὶ ἀνέδην [n],

Αὐλῶν συρίγγων τ᾽ ἐνοπῇ [o],

καὶ ἀνθρώπων ὁμάδῳ, ἀλλὰ κἀνταῦθα τέχνης δεῖ κατακοσμȣ́σης τὴν ἀκοῆς εὐωχίαν ἁρμονίᾳ δεξιᾷ.

γ´. Καὶ τίς ἂν ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἁρμονία γένοιτο; Ἀγαπῶ μὲν γὰρ ἔγωγε τὴν ἐκ μελῶν ἡδονὴν [p] προσιȣ̃σαν ταῖς ἀκοαῖς, ἢ δι᾽ αὐλῶν ἐμπνεομένων, ἢ διὰ

ptatem proponere voluiſſe; quam imitari debet vir ſapiens, vt voluptates a minus honeſtis partibus ad magis decora transferat, a ventre ad aures videlicet: niſi fortaſſe ne hoc quidem ſufficere arbitreris, vt temere aliquis et ſine modo,

Et tibiae atque tubae cantu,

hominumque ſtrepitu aures detineat; ſed hic ars requiratur aliqua, quae certa quadam harmoniae ratione id agat.

3. Verum enimuero cuiuſmodi ea futura eſt? Nec enim negare poſſum, quin et ipſe ſumma cum voluptate audiam haec omnia, ſiue tibiam inflet, ſiue lyram pulſet aliquis, aut

punctionem peſſimam, iubentibus Harleian. et ipſa re, ſuſtulimus. Σπȣδῇ valet μετὰ σπȣδῆς, et ponitur ἐπιῤῥηματικῶς. Vide ſis etymologum in Ἁμαρτῇ ac Σπȣδῇ.

m ἢ ȣ̓δὲ τȣ̃το ἀπόχρη, etc.] Subtile hic eſt mendum. Legendum enim ἀποχρῆν et δεῖν, quae dependent a ſuperioribus, et quorum Conſtructio haec eſt: ἢ [ἔοικε διηγεῖσθαι] ȣ̓δὲ τȣ̃το ἀποχρῆν, ἀλλὰ κἀνταῦθα δεῖν τέχνης, etc. in Vulgata Lectione nulla eſt connexio. Paulo ante, pro ἔοικέν τι Ὅμηρος ſcribe ἔοικέ τι. et pro οἷαν καὶ βάρβαρος ἀνὴρ ἐπαινέσαι, mallem κἂν, propter τὸ ἐπαινέσαι. M.

n εἰκῆ καὶ [ἀνέδην,] Vulgo ἀναίδην. Sed Heinſius et Schottus merito reponunt ἀνέδην, id enim poſtulat oratio. Vide Suidam. Dion Chryſoſtomus Orat. XXXI. p. 322. Ἐπειδὴ λίαν κατακόρως καὶ [ἀναίδην] αὐτῷ κέχρηνται τινές. Scribe λίαν κατακόρως καὶ [ἀνέδην.] Pariter ἀναίδην male pro ἀνέδην legitur apud Euſebium H. E. VIII. 14. IX. 8. et de Vita Conſtantini III. 58.

o Αὐλῶν συρίγγων τ᾽ ἐνοπῇ,] Iliad. κ´. 13.

Sectio γ´.

p τὴν [ἐκ] μελῶν ἡδονὴν] Vulgo τὴν τῶν μελῶν ἡδονήν. Nos Mſſ. obtemperamus, et noſter paullo poſt eodem modo loquitur.

λύρας κρουομένης, ἢ δι᾽ ἄλλου τοῦ μουσικοῦ ὀργάνου δυναμένου χορηγεῖν καὶ ἐπιπέμπειν ἡμῖν προσηνὲς μέλος. Δέδια δὲ, μὴ ταυτὶ τὰ μέλη ἡδονὴν μέν τινα ἔχῃ κεκραμένην ὑπὸ τῆς τέχνης καλῶς, ἄσημα δὲ ὄντα καὶ ἄλογα καὶ ἄφωνα μηδὲν μέγα τῇ ψυχῇ εἰς εὐφροσύνην συντελῇ [q]. Εἰ γάρ τις ἐθέλοι παραβαλεῖν τὴν ἐκ μελῶν ἡδονὴν τῇ τῶν λόγων, ἐοίκοι ἂν ὁ μὲν λόγος σιτίοις, τὸ δὲ μέλος ὀδμαῖς· ὧν τὰ μὲν εἰς ὑποτροφὴν προσφορώτατα, ὀδμὴ δὲ, καὶ ἡ ὀδμὴ [r], κιβδηλότατόν ἐστι χρῆμα, καὶ ἐν τροφῇ ἀσθενέστατον· εὐωχητέον οὖν τὰς ἀκοὰς τρέφοντας, ὁμοῦ τὰς μὲν [s] ὀδμὰς ταύτας

aut ſi quod aliud muſicum inſtrumentum ſuaui modulatione homines oblectet. Vereor tamen, ne haec modulatio voluptatem quidem aliquam ab ipſa arte mutuetur; quia tamen ſine ſignificatione vlla, ſine verbis eſt, et vocibus, nihil dignum animae delectatione adferat. Si quis enim eam, quae ex ſola modulatione conſtat, voluptatem cum altera illa, quae ex oratione verbiſque hauritur, velit conferre; hanc cibo, illam odori ſimilem videbit: quorum illi quidem validiſſime nutriunt; odor vero, et qua odor eſt, res eſt viliſſima, et ad nutriendum nihil confert, aut parum: at vero ita aures noſtrae oblectandae ſunt, vt ſimul paſcantur; quod fiet, ſi vna odorem harmo-

q τῇ ψυχῇ εἰς εὐφροσύνην συντελῇ] Ammonius: Εὐφραίνεσθαι καὶ ἥδεσθαι διαφέρει. Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ [p. 204. D.] Εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐστι μανθάνοντά τι, καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ· ἥδεσθαι δὲ ἐσθίοντά τι, ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι. Vide ſis et eiuſdem Timaeum pag. 547. E.

r ὀδμὴ δέ, καὶ ἡ ὀδμή,] Haec mihi ſana non videntur. Reg. et Harl. ὀδμὴ δὲ, καὶ εὐοδμή. Scripſit Maximus, vt arbitror, ὀδμὴ δὲ, κἂν εὔοδμος ᾖ. Heſychius: Εὔοδμος, εὐώδης. Εὐόδμων, ἡδέων. Hoc eſt, quod ὀσμὴν εὐωδίας poſt LXX. interpretes et Sirachiden L. 15. dixit Paulus Epheſ. V. 2. Philipp. IV. 18.

Ibid. ὀδμὴ δὲ, καὶ ἡ ὀδμή] Pro καὶ ἡ ὀδμὴ Codices habent καὶ εὐοδμή. vnde *Dauiſius*, κἂν εὔοδμος ᾖ. Propius eſt, κἂν εὐοδμῇ, eodem ſenſu. Lexica citant Theophraſtum in verbo εὐοσμέω, vel εὐοδμέω. M.

s εὐωχητέον οὖν τὰς ἀκοὰς τρέφοντας ὁμοῦ τὰς μὲν etc.] Haec non recte diſtinguuntur. ita oportuit: καὶ ἐν τροφῇ ἀσθενέστατον.

τὰς ἐκ τῶν μελῶν παραπεμπομένους [t], τὰ δὲ ἐκ λόγων σιτία προσάγοντας αὐταῖς. Ἐπεὶ τοίνυν λόγῳ, καὶ οὐκ ἄλλῳ τῳ, χαίρειν εἰκὸς δαιτυμόνας δεξιούς, τίνας καὶ λόγους αὐτοῖς παραθήσομεν φέροντες ἄρα; Οἱ μὲν μιμοῦνται [u] τὰς ἐν δικαστηρίοις ἔριδας, καὶ φιλονεικίας ἐπιτεχνήσεις καὶ μάχας, κρατύνοντες μὲν τὰ ἄδικα, ἐπικοσμοῦντες δὲ τὰ αἰσχρά, κιβδηλεύοντες δὲ τἀληθῆ, ὑγιὲς δὲ οὐδέν, οὐδὲ ἄδολον, οὐδὲ ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐπιχωρίῳ μένειν ἐῶντες· ἀλλ' αὐτὸ ἐκεῖνο, οἷόν περ οἱ τῶν ἀνδραπόδων κάπηλοι, οἱ σώματα παραλαβόντες [x]

harmoniae, cibumque verborum illis largiamur. Cum ergo nulla re alia, quam ſermone, praeſtantes conuiuas obleɕtari poſſe ſit certum; reſtat, vt, quo ſermonum genere excipiendi ſint, id quoque ſciamus. Sunt enim nonnulli, qui iudiciorum lites, arteſque fori contentioſas et velitationes imitantur, qui iniuſta fulciunt, inhoneſta adornant, vera adulterant, nihil denique ſanum aut ſincerum adferunt, nihil ex naturae praeſcripto loquuntur: plane vt mancipiorum mangones ſolent, qui ſi genuina corpora,

τον. Εὐοχητέον οὖν τὰς ἀκοάς, τρέφοντας ὁμοῦ, τὰς μὲν ὀδμὰς etc. M.

t. ὀδμὰς ταύτας τὰς ἐκ τῶν μελῶν [παραπεμπομένους,] Vulgo παραπεμπομένας. Sed Scaliger et Heinſius bene repoſuerunt παραπεμπομένους, ac ita diſerte Reg. cuius quidem codicis fide ſic edidi.

u τίνας καὶ λόγους αὐτοῖς παραθήσομεν φέροντες ἄρα; Οἱ μὲν μιμοῦνται etc.] Vox ἄρα non ſolet poni ad finem longioris ſententiae. Scribe et diſtingue: — παραθήσομεν φέροντες; ἆρα (λόγους) οἱ μὲν μιμοῦνται etc. cum Nota Interrog. infra, poſt vocem τέχνης. *num* (apponemus ſermones) *qui forenſes concertationes imitantur* etc.? Sic etiam ſect. 5. Τίσι μὴν ἄρα; οἱ τὰς ψυχὰς etc. iterum ſcribe: Τίσι μήν; ἆρα (λόγοις) οἱ τὰς ψυχὰς etc. cum Interrogatione poſt πάλαι. Si ſenſum et propoſitum Auctoris ſpectes, videbis ita fieri debere. Τίσι μήν; vt XV, 1. Ἀλλὰ τί μήν; *quale igitur?* Suſpicor vero, iſtud μὲν ortum habuiſſe ex prioribus literis Verbi μιμοῦνται: eſt enim plane ſuperuacaneum: et ſi vulgatam diſtinctionem ſequaris, voces οἱ μέν, *nonnulli*, requirent Redditiuum, οἱ δέ, *alii*: quod tamen in ſequentibus nuſquam apparet. M.

x οἱ σώματα παραλαβόντες] Plato in Gorgia p. 288. D. Ἡ κομμωτικὴ κακοῦργός τε καὶ ἀπατηλὴ

ἁπλᾶ ὑφ' ἡλίῳ καθαρῷ καὶ ἀέρι ἐλευθέρῳ τεθραμμένα, σκιατροφοῦντες ταῦτα καὶ λεαίνοντες, λυμαίνονται αὐτῶν τὴν ἀπ' ἀρχῆς δημιουργίαν, ἣν ἡ φύσις αὐτοῖς περιέβαλε κρείττονα τέχνης. Τοιοῦτον γάρ τι ἀμέλει καὶ οἱ πρὸς τὰς δίκας εἱλούμενοι δρῶσιν.

δ'. Ἀλλὰ τά γε τούτων μιμήματα, πρὸς τῷ κίβδηλα εἶναι καὶ σκυθρωπὰ κομιδῇ, καὶ εὐωχουμέναις ψυχαῖς οὐ πάνυ τι ἀκούειν ἐπιτήδεια. Ὡς ἔγωγ' οὐδὲ τὰ Αἰνιάνων θεάματα ἐπαινῶ, ὅσα ἐν πότῳ εὐφραίνονται Αἰνιᾶνες [y], οἱ μὲν δρῶντες, οἱ δὲ ὁρῶντες.

corpora, ſub puro ſole liberoque nutrita aere acceperint, in vmbra educant ea, et depilant; donec totam illis formam eripiant, quam a natura, quae omni arte eſt praeſtantior, acceperunt. Plane idem agunt forenſes illi rabulae.

4. Haec vero et eiuſmodi, praeterquam quod inepta ſint admodum et moleſta, indigna ſunt, quibus oblectetur animus. Itaque nec Aeneanum laudare poſſum ſpectacula, quibus in conuiuiis alii agendo, alii ſpectando, oblectare ſe ſolent. Duo viri

ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ αἰσθήσει ἀπατῶσα· ὥστε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν. Cum vero rhetoricen, ſeu, prout loquitur Amm. Marcellinus XXX. 4. *profeſſionem oratorum forenſium* vituperat noſter, a Platone ſuo diuerſus non abit. Vide Sextum Empiricum aduerſus Mathem. lib. II. §. 12. ſeqq.

Sectio δ'.

y Αἰνιάνων — Αἰνιᾶνες,] Sic Reg. et Harleian. vulgo Αἰνειάνων — Αἰνειᾶνες. Male: nam ſecunda ſyllaba ſine diphthongo ſcribi debet. Vide Euripidem Iphig. in Aulide v. 277. Aelianum V. H. III. 1. Euſtathium ad Iliad. β'. p. 253. et Stephanum in Αἰνία. Apud Heliodorum lib. II. p. 121. ſeqq. Αἰνειᾶνας corrupte ſcribi monuit Holſtenius. Sed, quod maius eſt, notare praetermiſit: nam p. 123. legas: Ὁ μὲν νεανίας, ἔφη ὁ Χαρικλῆς, καὶ ὁλοσχερῶς [Αἰνειᾶνας,] τὸν ἥρωα διαγωνίζεται. Repone Αἰνιᾶνες. Homero Iliad. β'. 749. et Herodoto VII. 185. Ἐνιῆνες nominantur. Aenienſium vero ſaltationem, quam memorat noſter, quaeque καρπαία vocabatur, fuſe deſcribit Xenophon de Exped. Cyri lib. VI. cap. I. 4.

z μιμῦ-

Ἄνδρες δύο μιμοῦνται μάχην, ὑπαυλοῦντος ἄλλου· ὁ μὲν αὐτοῖν γεωργός τέ ἐστι καὶ ἀροῖ, ὁ δὲ ληστὴς καὶ ὅπλα ἔχει, κεῖται δὲ καὶ τῷ γεωργῷ τὰ ὅπλα ἀγχοῦ· ἐπειδὰν δὲ ὁ ληστὴς ἔλθῃ, ἀφέμενος ὁ γεωργὸς τοῦ ζεύγους, δραμὼν ἐπὶ τὰ ὅπλα, συμπεσόντες μάχονται, παίοντες τὰς ὄψεις, καὶ μιμούμενοι τὰ τραύματα [z] καὶ πτώματα· θεάματα οὐ συμποτικά. Ἐπαινῶ πρὸ τούτων τὸν Περσικὸν νόμον τὸν ἀρχαῖον, δι' ὃν Πέρσαι τῆς ἐλευθερίας ἐπελάβοντο. Ἀνέκειντο τοῖς Πέρσαις αἱ βουλαὶ εἰς τὰς εὐωχίας [a], ὥσπερ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ σπουδαστικώτερον ἦν συμπόσιον Περσικὸν ἐκκλησίας Ἀττικῆς [b]· ἐκεῖ μὲν γὰρ νόμος κολάζων τὴν μέθην ἐπήγειρεν αὐτῶν τὰς ἀρετὰς τῇ εὐωχίᾳ, καθάπερ ἔλαιον πῦρ [c], ἐπιχέων τῇ ψυχῇ συμμέτρως,

viri ad tibiae modos pugnae ſimulacra cient: alter eorum agricolam imitatur, et arat; alter praedonem, et armatus eſt: habet et agricola in promtu arma ſua, qui, ſimul ac praedo appropinquare incipit, relicto aratro ſuo, arma in manum ſumit, cum praedone concurrit; ibi faciem alterius ferit alter; hic vulnerat, ille vulneratur; hic ſternit, ille cadit: minime dignum conuiuio ſpectaculum. Cui ego longe antiquam Perſarum legem praetulerim, qua libertatem ſuam conſecuti ſunt. Deliberare in conuiuiis Perſae, ſicut in concionibus Athenienſes, ſolebant: cum enim per legem inebriari nefas eſſet, modicus vini vſus, non aliter, quam oleum igni infuſum, animos eorum excitabat; vt nec ardorem eorum penitus reſtingueret, nec

z μιμούμενοι [τὰ] τραύματα] Ita vulgo, ſed a codicibus exulat vox media.

a Ἀνέκειντο τοῖς Πέρσαις αἱ βουλαὶ εἰς τὰς εὐωχίας,] Huc facientia veterum teſtimonia collegit Barn. Briſſonius de Regn. Perſ. lib. II. §. 131. Adde Plutarchum Sympoſ. lib. VII. Quaeſt. 9. et Victorianum ſcholiaſten ad Iliad. ι'. 70.

b ὥσπερ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ σπουδαστικώτερον ἦν συμπόσιον Περσικὸν ἐκκλησίας Ἀττικῆς·] Vulgo tantum repraeſentant ὥσπερ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὰς ἐκκλησίας Ἀττικάς. Ex Reg. et Harleian. locum nos auximus et emendauimus.

c καθάπερ ἔλαιον πῦρ,] Heinſius reſcribit καθάπερ ἔλαιον πυρί, nec aliter Mſ. Harleian. Sollicitanda

μὴ τελείως σβεννὺς αὐτῆς τὸ φιλότιμον, μήτε ἐξάπτων τῆς χρείας περαιτέρω. Ἐνταῦθα δὲ οἱ νήφοντες ἢτοι δημαγωγοὶ, μηδενὸς αὐτοῖς ἐφεςῶτος νόμου κολάζοντος τὴν ἐξουσίαν τῶν λόγων, ἐξωρχοῦντο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις [d] πάσης μέθης ἀκολαςότερον.

έ. Τὰ μὲν οὖν τῶν Περσῶν καὶ τὰ Ἀττικὰ ἐῶμεν, ἐπανάγωμεν δὲ αὖθις ἐπὶ τὰ ἡμέτερα. Λόγοις τοιγαροῦν εὐωχητέον τὰς ἀγαθὰς ψυχὰς, καὶ οὐ δικανικοῖς λόγοις, φησὶν ὁ λόγος [e]. Τίσι μὴν ἄρα; Οἱ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὸν πρόσθεν χρόνον ἀναβιβασάμενοι, παρέχουσιν [f] αὐταῖς τὴν θέαν τῶν γενομένων πάλαι.

nec vltra tamen, quam neceſſe eſſet, accendere. Oratores vero noſtri, cum nulla apud nos lex nimiam illam verborum reprimat licentiam, quouis temulento homine liberius in concionibus inſaniunt.

5. Sed Perſas iam Athenienſesque relinquamus, rurſus ad noſtra redeamus. Sermonibus ergo paſcendi ſunt honeſti animi, non forenſibus tamen. Quibus ergo? Qui ad ſuperiorum cogitationem temporum eos reuocent, reſque iam olim geſtas ſpectandas propo-

citanda tamen non eſt recepta lectio. Scilicet pro Maximi mente νόμος κολάζων τὴν μέθην ἐπήγειρε Περσῶν τὰς ἀρετὰς, καθάπερ ἔλαιον ἐπεγείρει πῦρ. Xenophon Sympoſ. cap. II. 24. Ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ [ἔλαιον φλόγα,] ἐγείρει. Haec nonnihil immutata laudat etiam, Stobaeus Serm. LIV. p. 370. Legem vero Perſicam memorat Xenophon Cyropaed. lib. VIII. cap. VIII. 6. Poſtea tamen ſupra modum bibaces erant Perſae. Vide collectanea Barn. Briſſonii de Regn. Perſ. lib. II. §. 126. ſeqq.

d [ἐξωρχοῦντο] ἐν ταῖς ἐκκλησίαις] Hoc modo recte Reg. et Harleian. vulgo ἐξορχοῦνται, quod de Maximi tempore verum non eſt.

Sectio ε'.

e. φησὶν ὁ λόγος.] Vulgo deſunt hae voces, quas exhibent Reg. et Harl. quaſque Paccius in ſuo codice legit. Platonem ſuum noſter imitatur. Sic in Philebo pag. 88. G. Ἀλλ' εὐθύ τι λέγω, [φησὶν ὁ λόγος,] καὶ περιφερές. Et in Sophiſta p. 157. B. Οὐκοῦν ἂν ὀρθῶς γε, ὡς ἔοικεν, ἐπιχειροῖμεν, ὡς [φησιν ὁ λόγος.]

f Οἱ τὰς ψυχὰς — παρέχουσιν] Scribendum: οἳ τὰς etc. et forte παρέξουσιν. M.

g καὶ

Προσηνὲς γὰρ ἡ ἱστορία, καὶ τὸ μηδὲν καμόντα πανταχȣ̃ περιπολεῖν, πάντα μὲν χωρία ἐποπτεύοντα, πᾶσι δὲ πολέμοις ἐκ τȣ̃ ἀσφαλȣ̃ς παραγινόμενον, μῆκος δὲ ἀμήχανον χρόνȣ ἐν βραχεῖ ἀναλεγόμενον, πλῆθος δὲ ἄπειρον πραγμάτων ἐν ὀλίγῳ μανθάνοντα, τὰ Ἀσσύρια, τὰ Αἰγύπτια, τὰ Περσικὰ, τὰ Μηδικὰ, τὰ Ἑλληνικά· νῦν μὲν πολεμȣ̃σιν ἐν γῇ παραγινόμενον, νῦν δὲ ἐν θαλάττῃ ναυμαχȣ̃σιν, νῦν δὲ ἐν ἐκκλησίαις βȣλευομένοις· μετὰ Θεμιστοκλέȣς ναυμαχȣ̃ντα, μετὰ Λεωνίδȣ ταττόμενον, καὶ μετὰ Ἀγησιλάȣ διαβαίνοντα, καὶ μετὰ Ξενοφῶντος [g] σωζόμενον· ξυνερῶντα Πανθείᾳ [h], συνθηρῶντα Κύρῳ, συμβασιλεύοντα Κυαξάρῃ. Εἰ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς σοφὸς, ὅτι πολύτροπος ἦν, καὶ

proponant. Nihil eſt iucundius, quam in hiſtoria verſari, quam ſine labore vllo paſſim diuagari; omnes ſimul locos intueri, omnibus bellis ſine periculo intereſſe, infinitum temporis ſpatium contrahere, infinitas res geſtas ſimul cognoſcere, quae ab Aſſyriis, quae ab Aegyptiis, quae a Perſis, quae a Medis, quae a Graecis facta ſunt; bello nunc terreſtri, nunc marino, nunc concionis mediae videri intereſſe conſiliis; cum Themiſtocle in mari, cum Leonide in terra pugnare, cum Ageſilao traiicere, cum Xenophonte incolumem redire; amare cum Panthea, venari cum Cyro, regnare cum Cyaxari. Quod ſi ſapiens ea de cauſa Vlyſſes dicitur, quod vafer eſſet, et

Multo-

g καὶ μετὰ Ἀγησιλάȣ — καὶ μετὰ Ξενοφῶντος] Longe elegantius abeſſent copulae, vt in praecedenti, μετὰ Λεωνίδȣ. ſic paullo ante, τὰ Ἀσσύρια, τὰ Αἰγύπτια, τὰ Περσικὰ, τὰ Μηδικὰ, τὰ Ἑλληνικὰ· omnia ἀσύνδετα. vide et quae ſequuntur, συνερῶντα Πανθείᾳ, et caetera. M.

h ξυνερῶντα Πανθείᾳ,] Panthea fuit Abradatae coniux, formoſiſſima ſimul ac modeſtiſſima mulier. Haec, interemto viro ſuo, ſe ipſa morti dedit. Vide Xenophontem Cyropaed. lib. VII. cap. III. 5. Ad hanc hiſtoriam reſpicit Dion Chryſoſtomus Orat. LXIV. p. 592. Vbi ſcholiaſtes: Πανθείαν μὲν τὴν Ἀβραδάτȣ τȣ̃ Σȣσίȣ φασὶ γαμετὴν, ἧς καὶ Ξενοφῶν ὁ Σωκρατικὸς μέμνηται.

i Πολλῶν

Πολλῶν ἀνθρώπων [i] ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω,
Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων·

πολύ που σοφώτερος, ὁ τῶν μὲν κινδύνων ἐξιστάμενος, τῆς δὲ ἱστορίας ἐμπιμπλάμενος. Χάρυβδιν ὄψεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ναυαγίῳ· Σειρήνων ἀκούσεται, ἀλλ᾽ οὐ δεδεμένος· Κύκλωπι ἐντεύξεται, ἀλλ᾽ εἰρηνικῷ. Εἰ δὲ καὶ Περσεὺς εὐδαίμων, ὅτι πτηνὸς ἦν [k], καὶ περιεφέρετο ἐν τῷ αἰθέρι πάντα ἐποπτεύων τὰ ἐν γῇ παθήματα καὶ χωρία· πολὺ τῶν Περσέως πτερῶν ἡ ἱστορία κουφότερον καὶ μετεωρότερον, ἣ λαβοῦσα τὴν ψυχὴν περιφέρει πανταχοῦ, οὐκ ἀργῶς, οὐδὲ ἠμελημένως δεικνύουσα, ἀλλὰ καὶ ἄνδρα γενεαλογεῖ καὶ ποταμόν. Κροῖσος ἦν Λυδὸς [l] μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ ἐθνέων [m].

Multorum mores hominum luſtraſſet et vrbes,
Dum ſibi, dum ſociis, reditum pariterque ſalutem
Apparat;

multo ſapientior eſt, qui extra periculum hiſtoriae lectione ſeſe explet. Charybdin videbit, ſed ſine naufragio; Sirenas audiet, ſed ſine vinculis; cum Cyclope aget, ſed miti et pacato. Et ſi eo nomine felix fuiſſe Perſeus iudicatur, quod paſſim alarum vagaretur beneficio, totam terrae naturam, omnia intueretur loca: multo et leuior certe et ſublimior his Perſei alis habenda eſt hiſtoria, quae paſſim animum circumfert noſtrum, nec nudas ei ſimplicesque res oſtendit; ſed et hominum et fluuiorum origines. Quale eſt illud: *Croeſus Lydus erat genere, Alyattis filius, rex vero populorum:* et,

A Ioue

i Πολλῶν ἀνθρώπων] Odyſſ. Α΄. 3. 5.

k Περσεὺς εὐδαίμων, ὅτι πτηνὸς ἦν,] Fabulam legas licet apud Heſiodum in Scuto v. 216. Apollodorum Bibl. II. 4. Hyginum Fab. LXIV. alioſque.

l ἄνδρα γενεαλογεῖ καὶ ποταμόν. Κροῖσος ἦν Λυδὸς etc.] *Hiſtoria,* inquit, *deſcribit* ἄνδρα, *Croeſum* puta, vel *Dardanum,* καὶ ποταμόν: deſunt exempla: καὶ πόλιν, *Epidamnum*, vel *Corinthum:* καὶ ποταμὸν iterum, *Halyn* vel *Scamandrum.* Lege: ἀλλὰ καὶ ἄνδρα γενεαλογεῖ· Κροῖσος ἦν Λυδὸς etc. electis iſtis καὶ ποταμόν, quae Scribae ſunt, non Maximi. M.

m Κροῖσος ἦν — ἐθνέων] Verba ſunt Herodoti I. 6. Vide Dionyſium Halicarnaſſeum de Compoſ. Verb. pag. 8.

n Δάρδανον

Δάρδανον αὖ [n] πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς·
Γενεαλογεῖ καὶ πόλιν· Ἐπίδαμνός ἐϛι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, προσοικȣ̃σι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι [o]·
Ἐϛὶ πόλις [p] Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.
Γενεαλογεῖ δὲ καὶ ποταμόν· Ὅς ῥέων ἐκ μεσημβρίης πρὸς βορέην ἄνεμον εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καλεόμενον ἐκδιδοῖ [q].
Ὃν Ξάνθον [r] καλέȣσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.
Τȣ̃το τὸ ἄκȣσμα ἐφήμερον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ φθειρόμενον ταχὺ, καὶ ἀπολλύμενον, καὶ ὑποῤῥέον, τῇ μνήμῃ σώζει [s], καὶ τὰς ἀρετὰς φυλάττει, καὶ τὰς

A Ioue nam primum deduxit Dardanus ortum.
Et vrbis: *Epidamnus vrbs eſt ad dextram ſita Ionium ſinum petentibus, cui finitimi ſunt Taulantii, gens barbara:*
Vrbs Ephyre poſita eſt Argi, anterioribus oris.
Sed et fluuii: *Qui a meridianis partibus ſeptentrionem verſus fluens, in pontum ſe exonerat, quem Euxinum vocant:* et,
Quem Xanthum Diui dicunt, homineſque Scamandrum.
Sola harum rerum narratio eſt, quae genus mortale, cui nihil aeque caducum eſt, nihil, quod pereat, quod deficiat citius, memoriae beneficio aeternitati aequat: quod virtutes eius conſeruat, immortali

n Δάρδανον αὖ] Iliad. Υ'. 215.

o Ἐπίδαμνος — βάρβαροι·] Ex Thucydidis lib. I. pag. 17. ed. Wechel. Habet etiam Dionyſius Halicarnaſſeus de Compoſ. p. 8.

p Ἐϛὶ πόλις] Iliad. Ζ'. 152.

q Ὅς ῥέων — ἐκδιδοῖ·] Herodotus lib. I. cap. VI. Halyis fluuii curſum ſic deſcribit: ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης — ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμον εἰς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. Noſter ex memoria locum citauit. Vide ſis et Dionyſium de Compoſ. p. 8.

r Ὃν Ξάνθον] Iliad. Υ'. 74.
Ibid. Ὃν Ξάνθον καλέȣσι etc.] Hic Iudicium Noſtri deſidero. nulla enim eſt in his Homeri verbis Fluuii *Deſcriptio*, qualis in ſuperiori exemplo Halyis: mentio tantum fit *Nominum* Diverſorum, *Xanthi* et *Scamandri*. M.

s καὶ ὑποῤῥέον, τῇ μνήμῃ σώζει,] Forte melius, καὶ ὑποῤῥέον τῆς μνήμης, σώζει, etc. Syneſius Epiſt. XCIX. τὰ γὰρ μεγάλα τῶν ἔργων, ἂν μὴ τύχῃ λόγων κηρύκων, ἀποῤῥεῖ τῆς μνήμης, καὶ λήθην ἀμπίσχεται. M.

πράξεις ταῖς δόξαις ἀθανάτους ποιεῖ. Διὰ τοῦτο ὁ Λεωνίδης ᾄδεται οὐχ ὑπὸ Λακεδαιμονίων μόνον τῶν τότε, καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπαινεῖται οὐχ ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκείνων [t]· μένει δὲ καὶ ἡ Περικλέους στρατηγία καὶ νῦν ἔτι, καὶ ἡ Ἀριστείδου δικαιοσύνη, δίδωσι Κριτίας καὶ νῦν δίκην, φεύγει καὶ νῦν Ἀλκιβιάδης. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οἱ καθ' ἱστορίαν λόγοι τῷ μὲν ἀνηκόῳ τερπνότατον καθ' ἡδονήν, τῷ δὲ εἰδότι ἐπαγωγότατον κατὰ ἀνάμνησιν [u].

ϛ'. Τίς ἂν οὖν* γένοιτο ψυχαῖς εὐωχία λόγων ταύτης προσηνεστέρα; Χαλεπὸν μὲν εἰπεῖν καὶ ἀντιτάξασθαι πολλῷ καὶ γενναίῳ λογοποιῷ, ῥητέον δὲ ὅμως· Ὅτι καλὴ μὲν ὑμῶν ἡ ἁρμονία καὶ ᾄδεσθαι προσηνής, ἄλλο δὲ ποθεῖ ἡ ἐπιεικὴς ψυχή, καὶ οὐχ οἷον παρέχεσθε ὑμεῖς [x]. Τί γὰρ σεμνὸν ἡ μνήμη τῶν πάλαι

immortali gloria actiones eius compenſat. Hoc eſt, cur Leonides non a Lacedaemoniis illius aeui tantum celebretur; non tantum ab Athenienſibus, quos aetas illa tulit, Themiſtocles laudetur: manet etiam nunc Periclis imperium, manet iuſtitia Ariſtidis, Critias adhuc poenas luit, Alcibiades adhuc in exilium abit. Et, vt verbo abſoluam, narratio hiſtorica et eos, qui primo legunt, mirifica voluptate oblectat; et eos, qui iam legerunt, iucundiſſima cogitatione reficit.

6. Quae igitur e ſermone vllo peti voluptas poſſit magis grata animo? Certe quamuis difficile ſit multis praeclariſque ſe opponere hiſtoricis, dicendum tamen eſt: Equidem licet pulcherrima ſit, et quam maxime ad poëtarum iucunditatem, o hiſtorici, orationis veſtrae accedat compoſitio; alia eſt tamen, quam quae a vobis peti poſſit, animi honeſti voluptas. Quid enim praeteritorum malorum iuuat recordatio, niſi

t οὐχ ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκείνων] Id eſt, μόνον (vel μόνων) ἐκείνων, *non ab iſtius aeui ſolum Athenienſibus*, ſed etiam nunc celebratur. Vide ad XXI. 6. Deinde diſtingue: καὶ ἡ Ἀριστείδου δικαιοσύνη· δίδωσι Κριτίας etc. M.

u κατὰ ἀνάμνησιν.] Sic Mſſ. non κατὰ [τὴν] ἀνάμνησιν, vt vulgo.

Sectio ϛ'.

x παρέχεσθε [ὑμεῖς.] Vterque codex ὑμῖν. Legendum: καὶ οὐχ οἷον παρέχεσθε [ἡμῖν.] *Et non quale nobis exhibetis.*

y ἢ πλέον

κακῶν, τῷ μήπω μαθόντι, ὅπως ταῦτα φυλακτέον; ἢ τί πλέον Ἀθηναίοις [y] ἐγένετο διὰ τὴν ἱστορίαν τὴν Ἀττικήν; ἢ τί πλέον Ἁλικαρνασσεῦσι διὰ τὴν ἱστορίαν τὴν Ἰωνικήν; ἢ τί Χῖοι διὰ ταύτην εὐδαιμονέστεροι; Εἰ μὲν ἀποκρίναντες τὰ καλὰ τῶν αἰσχρῶν, τὰ μὲν ἀπέκρυπτον, τὰ δὲ ἱστόρουν, ἦν ἄν πυ τῇ ψυχῇ ὄνησις κατὰ μίμησιν τῶν ἱστορημένων, καθάπερ ὀφθαλμοῖς κατὰ μίμησιν γραφῆς· νῦν δὲ ἀναμὶξ εἰσφύρεται πάντα ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πλεονάζει τὰ χείρω, καὶ κρατεῖ τὰ αἰσχρά· καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱστορίας πλεονέκται, τύραννοι, καὶ πόλεμοι ἄδικοι [z], καὶ εὐτυχίαι ἄλογοι [a], καὶ πράξεις πονηραὶ, καὶ συμφοραὶ ἀγνώμονες, καὶ περιστάσεις τραγικαί· ὧν σφαλερὰ μὲν ἡ μίμησις, βλαβερὰ

niſi prius, quo pacto vitanda ea ſint, cognoſces? Aut quid commodi Athenienſes ex Attica, aut ex Ionica Halicarnaſſenſes hauſerunt hiſtoria? quae felicitas ex hiſtoria Chiis acceſſit? Si enim honeſta poſſent ab improbis diſtinguere, aut praetermittere haec, illa deſcribere; non minus fortaſſe rerum geſtarum animum iuuaret imitatio, quam oculos iuuat imitatio pictoris: nunc promiſcue in hiſtoriam infarciuntur omnia, maior pars in deterioribus moratur, vincunt turpia: vbique fere in hiſtoria rapaces, tyrannos, iniuſtos hoſtes, temere partas felicitates, facinora ſceleſta, calamitates indignas, tragicos caſus inuenies; quorum imitatio periculoſa, memoria damnoſa,

y ἢ πλέον Ἀθηναίοις etc.] Ita prior editio. vnde conieceram τί πλέον. Codices auctius, ἢ τί πλέον: an rectius, dubito. Caeterum per Ἀθηναῖοι, et τὴν Ἀττικὴν ἱστορίαν, innuit noſter Hiſtorias *Thucydidis* et *Xenophontis*: per Ἁλικαρνασσεῦσι, *Herodoti*; per Χῖοι, *Theopompi*. Mox, pro ἦν ἂν πῦ, ſcribe, ἦν ἄν πυ: eſt enim Encliticum πυ, non τοπικόν. M.

z πόλεμοι ἄδικοι,] Vulgo πολέμιοι, quam lectionem ſecuti ſunt in ſuis verſionibus Paccius et Heinſius. Sed vera prorſus eſt ea ſcriptura, quam nos, Harleiano iubente, repraeſentamus.

a καὶ εὐτυχίαι ἄλογοι.] Iterum ſcribendum arbitror ἀτυχίαι, (vide XXV, 4.) quia caetera omnia huius loci exempla ſunt triſtia, πλεονέκται, τύραννοι, πόλεμοι, συμφοραὶ, etc. M.

δὲ ἡ μνήμη, ἀθάνατος δὲ ἡ δυςυχία. Ἐγὼ δὲ ποθῶ πρὸς τὴν εὐωχίαν τροφὴν λόγων ὑγιεινῶν, καὶ ἀνόσȣ τοιȣ́τȣ δέομαι σιτίȣ, ἀφ᾽ ȣ̓ καὶ Σωκράτης ὑγίανε, καὶ Πλάτων, καὶ Ξενοφῶν, καὶ Αἰσχίνης.

ζ'. Ἐπιθυμεῖ ἡ ἀνθρώπȣ ψυχὴ, καὶ δέδιε, καὶ λυπεῖται, καὶ φθονεῖ, καὶ ἄλλοις συνέχεται παντοδαποῖς καὶ ἀλλοκότοις παθήμασι. Στάσιν ὁρᾷς πικρὰν καὶ ἀκήρυκτον· τοιȣ̃τόν μοι διηγȣ̃ τὸν πόλεμον, τὸν δὲ Μηδικὸν ἔα. ταύτην μοι διηγȣ̃ τὴν νόσον, τὸν δὲ λοιμὸν ἔα. Εἰπὲ, τίνι ἐπιτρέψω τὴν ςρατηγίαν, καὶ τὴν ἴασιν; Ἱπποκράτην δὲ ἔα τοῖς σώμασι, καὶ Θεμιςοκλέα τῇ θαλάττῃ· λέγε τὸν ψυχῆς ἰατρὸν, λέγε τὸν ςρατηγόν. Κἂν ἀπορῇς ἀνδρῶν, ἐπὶ τȣ̀ς θεȣ̀ς ἴθι. Ἔρȣ μὴ περὶ γῆς δηȣμένης, μηδὲ περὶ θαλάττης λῃςευομένης, μηδὲ περὶ τειχῶν πολιορκȣμένων, μηδὲ περὶ σωμάτων φθειρομένων· σμικρὰ ταῦτα, ἐφήμερα ταῦτα. Τμηθήσεται λήϊον, κἂν Πελοποννήσιοι ἀπόσχωνται· λῃςευθήσεται θάλαττα, κἂν Ἀθηναῖοι μὴ

damnoſa, aeterna eſt miſeria. Ego, vt plenam voluptatem conſequar, ſanis paſci volo ſermonibus, ſanum requiro cibum; quali Socrates, aut Plato, aut Xenophon, aut Aeſchines in curanda valetudine ſunt vſi.

7. Libidine, metu, moerore, inuidia, variiſque aliis ac diverſis anima humana torquetur affectibus. Vides contentionem duram, contentionem implacabilem; tale bellum mihi deſcribe, Medicum vero relinque; talem mihi morbum narra, peſtem vero praetermitte. Quam huius belli ducem quaeram, quem morbi huius inueniam medicum? Hippocratem corporibus relinque, marinis proeliis Themiſtoclem; dic aliquem animi medicum, dic aliquem ducem. Si inter homines non inuenias, inter deos quaere. Ne tamen vel de agro tuo, quod vaſtatus ſit; vel de mari, quod a piratis infeſtetur; aut obſideatur vrbs ab hoſtibus, aut plurimi morbo intereant, inſtitue querelam: puſilla haec ſunt, caduca haec ſunt. Vaſtari enim ſeges tua poterit, quamuis Peloponneſii abſtineant; a piratis infeſtabitur mare, quamuis in mari claſſem non habeant Athe-

nienſes;

ναυμαχῶσι· καταβαλεῖ τὰ τείχη, καὶ εἰ μὴ Φίλιππος, ἀλλ' ὁ χρόνος· φθαρήσεται τὰ σώματα, κἂν ἀπέλθῃ ὁ λοιμός·

ἀνδρὸς δὲ ἀρετὴ [b] πάλιν ἐλθεῖν, ὄτε λῃϊστή,
Οὔθ' ἑλετή.

Περὶ ταύτης ἔρου δὴ, ὅτε ψυχὴ ἀμύνεται, λῃστεύεται, πολιορκεῖται, νοσεῖ. Χρησμοῦ σοι δεῖ, μαντείας σοι δεῖ, εὖξαι τῷ θεῷ·

Κλῦθί μευ, ἀργυρότοξε, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας [c],
κλῦθι, ὦ Ἄπολλον, καὶ Ζεῦ, καὶ εἴ τις ἄλλος θεὸς ἰατικὸς ψυχῆς νοσούσης,

εἴ ποτέ τοι [d] χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,

nienſes; moenia tua ſi Philippus non euertet, certe tempus; interibunt homines, quamuis peſtis remittat:

At virtus hominis nunquam reparabilis vlli eſt.

De hac deos conſule, quoties inuadi, ſpoliari, oppugnari animam videbis, aut a morbo tentari. Hic oraculo deorum, hic reſponſo opus habes, hic deum precare: Audias, precor, Apollo, et Iupiter, aut ſi quis praeterea deus es, qui morbos animi curare ſoles,

Si quando haud vno templum tibi munere cinxi,

Pinguia-

Sectio ζ'.

b ἀνδρὸς δὲ ἀρετὴ] Parodia eſt verſus Homerici Iliad. Ι'. 408.

Ibid. ἀνδρὸς δὲ ἀρετὴ] Hae tres voces non debebant ita poni, quaſi eſſent pars verſus hexametri; ſed continuari cum caeteris Maximi: κἂν ἀπέλθῃ ὁ λοιμός· ἀνδρὸς δὲ ἀρετὴ

πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστή,
Οὔθ' ἑλετή.

Idem paruus error erat in duobus locis Differt. proxime ſequentis, ſect. prima: quem in hac editione correctum video. manet tamen adhuc Differt. XXX, 6. κοσμῆσαι δεινὸς ἵππους καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. quae ſunt mera proſa: et ita voluit Maximus: ſi enim aliter, eodem negotio ſcripſiſſe potuit, δεινὸς

Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας
ἀσπιδιώτας·

vt apud Homerum. vide ſect. 6. huius Differt. vbi, vt verſum vitaret, inſeruit Articulum: Οὗτος ἐν ἀνθρώποις νικηφόρος, οὗτος ὁ ἄριστος. vide et XXXI, 5. M.

c Κλῦθι μευ, ἀργυρότοξε, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,] Vulgo deeſt hic verſus Homericus Iliad. Α'. 37. Eum dedit vterque codex.

d εἴ ποτέ τοι] Iliad. Α'. 39.

ε ἐπὶ

Ἢ εἴ δήποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα.
Ἀκούσεται ὁ Ἀπόλλων τοιαῦτα εὐχομένου θᾶττον, ἢ τοῦ Χρύσου. Οὐ γὰρ ἐπὶ λοιμὸν παρακαλεῖς τὸν θεὸν, οὐδὲ ἐπὶ τοξείαν οἰςῶν θανατηφόρων, οὐδὲ ἐπὶ φθορὰν κυνῶν, καὶ ἀνδρῶν, καὶ ὀρνέων [e]· οὐ γὰρ ταῦτα ἔργα μουσικοῦ θεοῦ, καὶ σοφοῦ, καὶ μαντικοῦ. Ὅμηρος δὲ αὐτῷ προσέθηκε τὴν φήμην, αἰνιττόμενος τὴν ἡλίου ἀκτῖνα δι' ἀέρος χωροῦσαν οἰςοῦ θᾶττον, ἀκρατωτέραν τῆς τῶν σωμάτων συμμετρίας [f]. Ἐμοὶ δὲ ᾀδέτω εἴτε καὶ Ὅμηρος, εἴτε Ἡσίοδος, εἴτε τις ἄλλος ποιητὴς δαιμόνιος, θεὸν Παιᾶνα ψυχῆς παθημάτων. Ἄξια ταῦτα τοῦ Ἀπόλλωνος, ἄξια τοῦ Διός.

Pinguiaque in mediis adoleui viſcera flammis.
Citius has preces, quam Chryſae, Apollo audiet. Nec enim petes, vt peſtem immittat, vt ſagittas lethales emittat, vt canes, vt aues, vt homines exſtinguat; quae minime illo deo, quem muſicae, quem ſapientiae, quem diuinationi praeeſſe voluerunt, digna ſunt. Homerus autem, qui hoc illi tribuit, nihil aliud in animo habuit, quam ſolares radios; qui quauis ſagitta velocius per aerem feruntur, quauis puriſſima corporis conſtitutione ſimpliciores ſunt. Mihi vero vel Homerus, vel Heſiodus, vel ſi quis alius poëta diuinus eſt, deum canat, qui mederi poſſit morbis animi. Haec Apolline digna ſunt, haec digna ſunt Ioue.

DISSERT.

e ἐπὶ φθορὰν κυνῶν, καὶ ἀνδρῶν, καὶ [ὀρνέων·] Auium exſtinctarum non meminit Homerus: is enim ſic canit Iliad. Α'. 50.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργοὺς,
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς etc.

Hic itaque legendum καὶ ἀνδρῶν, καὶ [ὀρέων,] *mulorum*. Heſychius: Ἡμίονος, ὀρεύς. Idem: Ὀρεῖς, ἡμίονοι ἄρσενες. Vide quae diximus ad Diſſert. XI. 2.

Ibid. καὶ ὀρνέων] Monui ſupra ad XI, 2. legendum eſſe ὀρέων (vel οὐρήων) ex Homeri Iliad. Α'. Et ita Cl. *Dauiſius*. M.

f τὴν ἡλίου ἀκτῖνα δι' ἀέρος χωροῦσαν οἰςοῦ θᾶττον, ἀκρατωτέραν τῆς τῶν σωμάτων συμμετρίας·] Macrobius Saturn. I. 17. *Alii cognominatum Apollinem putant* ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα, *exanimat enim et perimit animantes, cum peſtem intemperie caloris immittit* etc. Vide ſis Heraclidem Ponticum Alleg. Homer. pag. 418. ſeqq. Amm. Marcellinum XIX. 4. ſcholiaſten ad Iliad. Α'. 50. et Hieronymum Aleandrum

ΛΟΓΟΣ ΚΘ′.

Τίνες λυσιτελέςεροι πόλει, οἱ προπολεμῦντες, ἢ οἱ γεωργῦντες. Ὅτι οἱ προπολεμῦντες.

Ἔχεις εἰπεῖν, τίνας [a] ὀνομάζει Ὅμηρος ἐν τοῖς ἔπεσι διογενεῖς, καὶ θεοῖς εἰκέλυς, καὶ λαῶν ποιμένας, καὶ ἄλλα, ὅσα ποιητὴν εἰκὸς ἀποσεμνύνοντα τοῖς ὀνόμασιν ἀρετὴν ἀνδρός; Ἆρα τὺς ἐπὶ σκαπάνη καὶ αὔλακι πρὸς τῇ γῇ διαπονυμένυς, δεινὺς ἀρῦν, ἀγαθὺς φυτεύειν, ἐν ἀμήτῳ δεξιὺς, ἐν ὀρχάτῳ φιλοπόνυς; Ἤ τύτων μὲν ὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἠξίωσεν καταμίξαι τὰ ἔργα τῇ αὐτῦ ᾠδῇ, ὅτι μὴ νησιώτῃ γέροντι ἀναθεὶς αὐτὰ, ἐκπεπ]ωκότι τῆς ἀρχῆς ὑπὸ ὑβριςῶν νέων, ἐν

DISSERT. XXIX.

Vtri in republica vtiliores ſint, milites, an agricolae. Et primo pro militibus.

Poſſisne dicere, qui ſint illi, quos Homerus in poëſi ſua Ioue genitos, diis ſimiles, paſtoreſque populorum vocat; vt alia omittam nomina, quibus in extollenda alicuius virtute vti ſolent poëtae? Eoſne, qui terram ſtiua et ligone exercent, qui arare, qui plantare, qui meſſem colligere, vitem ordinare eleganter poſſunt? An potius has ſimileſque curas ne leuiter quidem in libris ſuis attingere dignatus eſt; niſi quatenus inſulanum ſenem, qui a contumelioſis aliquot iuuenibus regno ſuo eiectus erat, introducit, quem

in

andrum in Explic. Tabulae Solaris p 18.

Ibid. ἀκρατωτέραν τῆς τῶν σωμάτων συμμετρίας] Dubitaui, an ſcribendum eſſet κραταιοτέραν, vel ἀκμαιοτέραν, ex Luciano *De Dipſad.* p. 482. ὁ ἥλιος — ἀκμαιοτέραν τὴν ἀκτῖνα προσβαλών, ſed nihil mutandum eſſe video ex Suida, in V. Ἄκρατος ἡλίυ ἀκτὶς, *vehemens ſolis radius.* ἀκρατωτέραν eſt *potentiorem*, validiorem; cui cedit corporis humani compoſitio. inde *alii* *cognominatum Apollinem putant* ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. *exanimat enim et perimit animantes, cum peſtem intemperie caloris immittit:* verba ſunt Macrobii, *Saturnal.* I, 17. vbi vide plura ad hanc rem. Ita quoque ſumenda forte haec vox apud Longinum περὶ ὕψ. ſect. IX. M.

Sectio 4.

a Ἔχεις εἰπεῖν, τίνας etc.] Eadem ſententia et Verbis incipit Diſſertatio VI. M.

γȣνῷ οἰνοπέδȣ ἀλωῆς ἐπὶ φύλλων χαμαὶ βεβλημένων ὥρα θέρȣς ἀναπαυομένῳ [b]. Οἱ δὲ μακάριοι αὐτῷ ἄνδρες [c], ὓς ἐκεῖνος ἐπαινῶν χαίρει, ἕτεροί εἰσιν ἐξ ἑτέρων ἐπιτηδευμάτων καὶ ἔργων· ἢ Ἀχιλλεὺς διώκων, ἢ Αἴας μονομαχῶν, ἢ Τεῦκρος τοξεύων, ἢ Διομήδης ἀριστεύων, ἤ τις ἄλλος τῶν δεινῶν τὰ ἀριστευτικά. Μεστὰ δὲ αὐτῷ τὰ ἔπη ἀσπίδων μεγάλων, καὶ κορύθων φαεινῶν, καὶ δοράτων μακρῶν, καὶ ἁρμάτων καλῶν, καὶ ἵππων θεόντων, καὶ ἀγαθῶν κτεινόντων, καὶ δειλῶν κτεινομένων. Τὸν μὲν γὰρ Ἀγαμέμνονα αὐτὸν τὸν τῶν Πανελλήνων βασιλέα ȣκ ἔσχεν ἑτέρως ἐπαινέσαι, ἢ τὸν αἰχμητὴν προσθεὶς τῷ βασιλεῖ, ὡς μόνον δὲ τȣτο ἔργον ἀρχικώτατον· καί φησιν, ὅτι ἦν Ἀγαμέμνων ἀμφότερον, βασι-

in vitiferae procul vbere terrae

humi in frondibus decumbere, aeſtiuoque tempore quieſcere fecit? At vero quos beatos putat, quos commendare ſolet Homerus, alii certe ſunt, alia ſunt eorum opera, alia ſtudia. Qualis Achilles eſt, cum hoſtem inſequitur; aut Aiax, cum ſingulari certamine congreditur; Teucer, cum ſagittis, Diomedes, cum animi virtute excellit; aut ſi quis alius, qui ſtrenue rem gerit. Nihil enim in toto eius opere audis, quam magnos clypeos, ſplendidas galeas, longas haſtas, pulchros currus, equos currentes, et, vt verbo abſoluam, viros fortes, qui mactant, timidos, qui mactantur. Quid, quod ipſum Agamemnonem, communem omnium Graecorum principem, laudare non potuerit aliter, quam vt bellatorem ſimul eum regemque dicat, quaſi hoc maxime dignum ſit imperio? vtrumque enim facit Agamemnonem, *fortem*

b Ἐν γȣνῷ οἰνοπέδȣ ἀλωῆς ἐπὶ φύλλων χαμαὶ [βεβλημένων] ὥρα θέρȣς ἀναπαυομένῳ] Vulgo ἐπὶ φύλλων χαμαὶ [βεβλημένῳ,] ὥρα θέρȣς ἀναπαυομένῳ, quod inelegans prae lectione, quam ſuppeditauit Harleian. Noſter autem reſpicit ad Odyſſ. Λ'. 191.

Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος —
Πάντῃ οἱ κατὰ γȣνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο
φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήαται εὐναί.

Laërten Vlyſſis patrem dicit poeta.

c Οἱ δὲ μακάριοι [αὐτῷ] ἄνδρες,] Vulgo [αὐτῶν] ἄνδρες. Sed recte codices, vt edidimus.

Ibid. μακάριοι αὐτῶν ἄνδρες] Conieceram αὐτȣ: ſed Codd. habent αὐτῷ, quod Noſtro vſitatius. M.

d ἀμφό-

λεὺς καὶ αἰχμητὴς ἀγαθός [d]. Ἐπεὶ καὶ ὁ Μενέλαος βασιλεὺς μὲν ἦν, οὐχ ἧττον, ἢ ὁ Ἀγαμέμνων, μαλθακὸς δὲ αἰχμὴν, καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγον αὐτῷ μετέδωκε ποιητικῆς εὐφημίας Ὅμηρος. Ὅ γε μὴν Ἀγαμέμνων οὗτος, τί ἦν ἂν ἐπικλεέστερος τῶν ἄλλων, εἰ κατὰ τὸ Ἄργος μένων, γῆν ἀγαθὴν ἔχων, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν αὐτὴν [e] εὐκαρποτέραν τῆς Αἰγυπτίας [f]; Τοῦ μὲν γὰρ Ὀδυσσέως ἀκούεις αὐτοῦ σεμνολογουμένου περὶ τῆς Ἰθάκης·

Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ [g] κουροτρόφος,

φησίν. Οἶδε γάρ που, ἅτε σοφὸς ὤν, ὅσον διαφέρει

fortem regemque ducemque.

Nam et Menelaus rex non minus erat, quam Agamemnon, verum remiſſior in bello; quae cauſa eſt, cur tam parcus in exornandis poëtarum more eius laudibus fuerit Homerus. Illum vero, de quo loquimur, Agamemnonem, putaſne gloria et exiſtimatione nominis reliquis anteſtare potuiſſe, ſi Argis manere, vbi optimam habebat terram, eam colere, et Aegyptiis, quam habent, foecunditatis laudem praeripere maluiſſet? Audis ipſum Vlyſſem, qui his verbis Ithacen ſuam praedicat:

Aſpera, ſed nutrix hominum bona.

Minime enim fugit eum, vtpote ſapientem, longe maiores eſſe

d ἀμφότερον, βασιλεύς καὶ αἰχμητὴς ἀγαθός.] Homeri verſus ſe ſic habet:

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Vide Iliad. Γ'. 179.

e γῆν ἀγαθὴν ἔχων, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν αὐτὴν etc.] Γεωργῶν τὴν γῆν, pro γεωργῶν αὐτὴν, cum praeceſſerit γῆν. vide quae dixi ad XI, 4. Sed ſequitur αὐτὴν, adeo vt non opus ſit vtroque. vnde probabile ſit, Maximum primum ſcripſiſſe, vel, γεωργῶν ἀπέφηνεν αὐτὴν εὐκαρποτέραν. vel, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν εὐκαρποτέραν: vt haec duplex Lectio fuerit ex duplicata Editione, ambarum ſcriptura in Contextum recepta. quod mihi veriſſimum videtur. Vide praefationem. M.

f εὐκαρποτέραν τῆς Αἰγυπτίας;] Vide Plinium H. N. lib. XXI. §. 50. et Dionyſium Perieg. v. 241.

g Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ] Odyſſ. Ι'. 27.

ὁ τῆς ἀνδρείας καρπὸς οὗτος, πυρῶν καὶ κριθῶν, καὶ εἴ τις ἄλλη ὑποτροφὴ γῆς.

β'. Ὅμηρον ἐῶ· τάχα γὰρ καὶ δυσχεράναις ἂν τῷ λόγῳ προσφερομένῳ [h] σοι μάρτυρα φιλοπόλεμον. Βούλει σοι τὰ δεύτερα ἐπ' ἐκείνῳ λέγω τὰ Λακωνικά, ἢ τὰ Ἀττικά, ἢ τὰ Κρητικά, ἢ τὰ Περσικά; Τὴν Σπάρτην ἐπαινεῖς, ὡς εὐνομωτάτην. Ὁ δὲ Λυκοῦργος οὐ σοῦ δήπου ἐπαινέτου δεήσεται· ὁ γὰρ Ἀπόλλων φθάνει λέγων πρὸς αὐτόν·

Δίζω, ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον [i].

Ὁ τοίνυν Λυκοῦργος οὗτος, ὃν ὁ θεὸς εἰκάζει θεῷ, τιθεὶς τῇ Σπάρτῃ νόμους, συμβουλευσάμενος τῷ Ἀπόλλωνι,

eſſe fortitudinis fructus, quam aut triticum, aut hordeum, aut ſi qui alius terrae cibus eſt.

2. Homerum relinquam; metuo enim, ne parum gratum ſit tibi, ſi teſtimonio vtar hominis, qui plus, quam par eſt, fortaſſe bello delectetur. Vis potius poſt Homerum, Laconum, Atticorum, Cretenſium, aut Perſarum conſideremus rempublicam? Praeclaras videlicet Spartae leges laudas. Atqui ne eget quidem praeconio tuo Lycurgus; quem prius his verbis Apollo in colloquio cum eo commendauerat:

Quaero, tene deum compellem, hominemue, Lycurge.

Ille ergo Lycurgus, quem deo ſimilem deus ipſe pronunciat, poſtquam leges ciuibus ſuis tulit, oraculum Apollinis adiit, vt

Sectio β'.

h τῷ λόγῳ [προσφερομένῳ] Legerim προφερομένῳ. Pariter *teſtes proferre* dicunt Latini. Vide Budaeum Comment. L. G. p. 357.

Ibid. προσφερομένῳ σοι μάρτυρα] Legit *Dauiſius*, προφερομένῳ. Dicam ad XXXVIII, 4. M.

i Δίζω, ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.] Nonnulli pro duabus vocibus vltimis habent ἠὲ καὶ ἄνδρα. Vide Lambecium Bibl. Vindob. lib. VIII. pag. 25. Oraculum integrum legatur apud Herodotum I. 65. Galenum Protr. ad Artes cap. IX. Euſebium Praep. Euang. V. 27, 28. Theodoretum Therap. IX. p. 124. ac Themiſtium Orat. XIX. p. 225. Eundem, quem noſter, verſum laudat idem Orat. VII. p. 97. et Orat. XV. p. 193. Huc etiam reſpiciunt Xenoph. in Apol. Socr. §. 15. et Philoſtratus Vit. Apoll. lib. VIII. cap. 7.

k κατα-

ποῖόν τι πολιτείας ἦθος καταςήσαιτο τοῖς αὐτȣ̃ θρέμμασιν, ἆρα γεωργικὸν [k], καὶ ταμιευτικὸν, ταπεινὸν, καὶ γλίσχρον, καὶ ἐργαςικὸν τὰ σμικρὰ ταῦτα· ἢ ταῦτα μὲν οἱ Εἵλωτες αὐτῷ ἔχωσι, καὶ ὁ ἀνδραποδώδης ὅμιλος, καὶ οἱ περίοικοι Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ καθαρῶς Σπαρτιατικὸν, ἄφετον ἐκ γῆς ὂν [l] καὶ ὄρθιον, καὶ πρὸς

ſolus inducias agebat, inter armatos inermis, inter bellantes foederatus omnium. Manum ab eo abſtinebant improbi omnes, et tyranni, et ſycophantae. Et tamen ſceleſtos arguebat, non verborum captiunculis, quod reprehendendi genus eſſe ſolet moleſtiſſi-

q μηδὲν φαρμάκων δεηθεὶς, — μὴ ἱερέων καθαιρόντων,] Dion Chryſoſtomus Orat. VI. p. 91. B. Τὴν δὲ γῆν αὐτοῖς μηδὲ ἐξαρκεῖν παρέχουσαν φάρμακα· δεῖσθαι δὲ καὶ σιδήρου, καὶ πυρός· καὶ μήτε Χείρωνος, μήτε Ἀσκληπιοῦ, μήτε τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἰωμένων, μηδὲν αὐτοῖς ὄφελος εἶναι διὰ τὴν αὐτῶν ἀκολασίαν καὶ πονηρίαν, μηδὲ μάντεων μαντευομένων, μηδὲ ἱερέων καθαιρόντων etc. Ex his noſtrum ſua decerpſiſſe manifeſto patet.

r Οἳ πρὶν ἐπ᾽ ἀλλήλοισι φέρον] Iliad. Γ΄. 132.

s ἐκεχειρίαν [ἦγε] μόνος,] Vulgo

ἐλέγχων ἀνιαρότατος [t]· ἀλλὰ ἔργοις παρατιθεὶς ἑκάστοτε [u], ὥσπερ ἐλέγχων ἀνυσιμώτατος καὶ εἰρηνικώτατος· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε Μέλιτός τις ἐπὶ Διογένην ἀνέστη, οὔτε Ἀριστοφάνης, οὐκ Ἄνυτος, οὐ Λύκων.

ϛʹ. Πῶς οὖν οὐ προηγούμενος τῷ Διογένει ὁ βίος οὗτος, ὃν ἑκὼν εἵλετο, ὃν Ἀπόλλων ἔδωκεν, ὃν ὁ Ζεὺς ἐπήνεσεν, ὃν οἱ νοῦν ἔχοντες θαυμάζουσιν; Ἢ ἄλλο τι ἡγούμεθα εἶναι τὴν περίστασιν, ἢ χρῆσιν πράξεως οὐκ αὐθαίρετον τῷ ἔχοντι; Ἔρου δὴ τὸν γεγαμηκότα, τίνος εἵνεκα γαμεῖ, παίδων φησί· τὸν παιδοτροφοῦντα, τίνος εἵνεκα ἐτεκνώσατο, διαδοχῆς ἐρᾷ· τὸν στρατευόμενον, πλεονεξίας ἐρᾷ· τὸν γεωργοῦντα, καρπῶν ἐρᾷ· τὸν χρηματιζόμε-

leſtiſſimum vt plurimum; ſed re ipſa, ipſaque vita vitam eorum arguebat, quod reprehendendi genus eſt efficaciſſimum, minimeque ſolet eſſe aſperum: propterea nec vllus Melitus, nec vllus Ariſtophanes, aut Anytus, nullus Diogenem inuaſit Lyco.

6. Quid ergo obſtaret, quo minus reliquis omnibus praeferenda haec vita eſſet Diogeni, quam ſponte ſua elegerat, quam Apollo dederat, commendarat Iupiter, quam omnes ſapientes mirantur? An aliud fortunae incommodum, praeter vſum actionis, euentumque, non ſatis ex arbitrio auctoris putamus eſſe? Quaere ex eo, qui vxorem duxit, cur id fecerit; reſpondebit, liberorum cauſa: ex eo, qui liberos educat, cur eos genuerit; ſucceſſionis cauſa dicet: ex eo, qui militat, amplioris dicet fortunae: ex ruſtico, fructuum cauſa: ex negotiatore, facul-

go ἐκεχειρίαν [ἡγεμόνος,] quod ſenſu caret. Veram lectionem ſuppeditarunt Reg. Harl. et Paccii codex: eamque vidit ex coniectura ſagax ille Leopardus, Emend. XVII, 2.

t ἐλέγχων ἀνιαρότατος·] Sic recte Harleian. Vulgo ἀνιαρώτατος, quo modo contra Graecae linguae rationem peccatur, ſiquidem tertia ſyllaba producitur. Vide ſis ad Diſſert. III. §. 10.

u ἀλλὰ ἔργοις παρατιθεὶς ἑκάστοτε,] Optime Stephanus, ἀλλὰ [ἔργα] ἔργοις παρατιθεὶς ἑκάστοτε, quod Scaliger et Heinſius merito probarunt.

Ibid. ἀλλ' οὐ λόγων σοφίσμασιν, — ἀλλὰ ἔργοις] Multo elegantius abeſſet iſtud ἀλλ'. Ἤλεγχε μὲν γὰρ τοὺς πονηροὺς, οὐ λόγων σοφίσμασιν, — ἀλλὰ ἔργα ἔργοις παρατιθεὶς etc. quae vltima eſt optima *Hen. Stephani* coniectura. vulgo deeſt ἔργα. M.

νον, εὐπορίας ἐρᾷ· τὸν πολιτευόμενον, τιμῆς ἐρᾷ. Τῶν δὲ ἐρώτων τούτων οἱ πολλοὶ ἀμβλισκάνουσι, καὶ εἰς τοὐναντίον περιΐστανται, καὶ εὐχῆς ἔργον ἡ ἐπιτυχία, οὐ γνώμης, οὐδὲ τέχνης. Ἕκαστος δὴ τῶν ταῦτα αἱρουμένων [x] περίστασίν τινα διαπεραίνεται τοῦ βίου, καὶ ταλαιπωρίας ἀνέχεται οὐχ ἑκουσίου [y], οὐδὲ δι' ἄγνοιαν τῶν αὐθαιρέτων ἀγαθῶν. Τίνα γὰρ ἄν τις καὶ φαίη τούτων ἐλεύθερον; Τὸν δημαγωγόν; δοῦλον λέγεις πολλῶν δεσποτῶν. Τὸν ῥήτορα; δοῦλον λέγεις πικρῶν δικαστῶν. Τὸν τύραννον; δοῦλον λέγεις ἀκολάστων ἡδονῶν. Τὸν στρατηγόν; δοῦλον λέγεις ἀδήλου τύχης. Τὸν πλέοντα; δοῦλον ἀσταθμήτου τέχνης [z]. Τὸν φιλόσοφον; ποῖον λέγεις; ἐπαινῶ μὲν γὰρ καὶ Σωκράτην, ἀλλ' ἀκούω λέγοντος· Πείθομαι τῷ νόμῳ, καὶ ἑκὼν ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ἄπειμι, καὶ λαμβά-

facultatum: ex eo, qui rempublicam tractat, honoris. Omnes hi fines euaneſcunt vt plurimum, et in contrarium abeunt; nec artis, aut ſapientiae, ſed voti eſt felicitas. Quare ſinguli, qui haec proponunt ſibi, difficultatem quandam experiuntur vitae, miſeriamque ſuſtinent non voluntariam, neque ex ignoratione eorum, quae per ſe petenda ſunt, bonorum. Quem iam ex hoc numero iudicabis liberum? Publicolamne reipublicae praefectum? ſeruum dicis non vnius domini. Patronumne? ſeruum dicis aſperorum iudicum. Tyrannumne? ſeruum dicis effreniſſimarum voluptatum. Imperatoremne? ſeruum dicis incertae fortunae. Nautamne? ſeruum indefinitae artis. Philoſophumne? de quo loqueris? Socratem quidem laudo, ſed dicentem audio: Legi morem gero, volens carcerem peto, volens cicutam

Sectio ϛ'.

x *Ἕκαστος [δὲ] τῶν ταῦτα αἱρουμένων*] Sic Reg. vulgo Ἕκαστος δῆτα τῶν etc.

y *καὶ ταλαιπωρίας ἀνέχεται οὐχ ἑκουσίου.*] Hoc eſt falſiſſimum, et contradicit verbis proxime ſequentibus. Lege, οὐκ ἀκουσίου, *non inuoluntario*, ſed ſuae electionis: *ſponte hoc et non ignari faciunt*, prout vertit Cl. Interpres XXXV, 3. loco ſimillimo. Statim: δοῦλον λέγεις πολλῶν δεσποτῶν: alludit, opinor, ad dictum Diogenis: ἔλεγε τοὺς μὲν δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους: Laërtius lib. VI. ſect. 41. Mox, δοῦλον λέγεις ἀσταθμήτου τέχνης. ita egregie et vere ſuppleuit Cl. Editor, cum λέγεις abſit Codd. et Editt. M.

z *δοῦλον ἀσταθμήτου τέχνης.*] Excidit,

νω τὸ φάρμακον ἑκών. Ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς, τί φῄς; ἑκὼν, ἢ πρὸς ἀκουσίους τύχας εὐπρεπῶς ἵστασαι, πειθόμενος νόμῳ; τίνι; εἰ μὲν [a] γὰρ τῷ τοῦ Διὸς, ἐπαινῶ τὸν νομοθέτην· εἰ δὲ τῷ Σόλωνος, τί βελτίων ἦν Σόλων Σωκράτους; Ἀποκρινάσθω μοι καὶ Πλάτων ὑπὲρ φιλοσοφίας, εἰ μηδεὶς αὐτὴν ἐπετάραξε [b], μὴ Δίων φεύγων, μὴ Διονύσιος ἀπειλῶν, μὴ τὰ Σικελικὰ καὶ τὰ Ἰώνια πελάγη, ἄνω καὶ κάτω πρὸς ἀνάγκην διαπλεόμενα. Κἂν ἐπὶ Ξενοφῶντα ἔλθω, βίον καὶ τούτου ὁρῶ μεστὸν πλάνης, καὶ τύχης ἀμφιβόλου, καὶ στρατιᾶς κατηναγκασμένης [c], καὶ στρατηγίας ἀκουσίου, καὶ φυγῆς εὐπρεποῦς.

cicutam bibo. Videſne, quid dicas, o noſter Socrates? volenſne, an vero ingratae occurris fortunae fortiter, vt legi pareas? at cui legi? ſi Iouis, legislatorem laudo; ſin Solonis, qua in re Socrati praeferendus eſt Solon? Reſpondeat mihi et pro philoſophia Plato, an nemo eum turbauerit; non exilium Dionis, non minae Dionyſii, nec Sicula aut Ionica maria, quae toties coactus ſurſumque deorſumque curſitans tranſmiſit. Quod ſi et ad Xenophontem abeam, vitam erroris pleniſſimam, ambiguae fortunae, expeditionis coactae, et exilii ſpecioſi video. Horum omnium

cidit, vt opinor, vocabulum. Lego δοῦλον [λέγεις] ἀσταθμήτου τέχνης.

a εὐπρεπῶς ἵστασαι, πειθόμενος νόμῳ; τίνι; εἰ μὲν etc.] Leuiter corrupta ſunt haec, et male diſtincta. Reſtitue: Ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς, τί φῄς; ἑκὼν, ἢ πρὸς ἀκουσίους τύχας εὐπρεπῶς ἵστασαι; Πειθόμενος τῷ νόμῳ. Τίνι; εἰ μὲν γὰρ etc. Dialogiſmus eſt inter Maximum et Socratem. Max. *O Socrates, videſne, quale ſit, quod dicis? volenſne, an inuitus, aduerſae fortunae* tam *pulchre te opponis?* Soc. *Obtemperans legi.* Max. *Cui* legi? *ſiquidem enim Iouis*, etc. Caeterum τῷ ante νόμῳ poſtulat ſenſus: eſt enim repetitio verborum ipſius Socratis paullo ante adductorum: Πείθομαι τῷ νόμῳ. et ita XXXI. ad fin. Σωκράτης ἔχαιρεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μένων, καὶ πειθόμενος τῷ νόμῳ. quae vltima ſunt verba Socratis apud Platonem, niſi fallor. M.

b εἰ μηδεὶς [αὐτὴν] ἐπετάραξε,] Cum Heinſio legendum videtur αὐτὸν, vt pronomen ad Platonem, non ad philoſophiam, referatur.

c καὶ στρατιᾶς κατηναγκασμένης,] Vſitatius στρατείας. vult enim

 expedi-

Ταύτας τοίνυν φημὶ τὰς περιστάσεις διαφεύγειν ἐκεῖνον τὸν βίον, δι' ὃν καὶ Διογένης [d] ὑψηλότερος ἦν καὶ Λυκούργου [e], καὶ Σόλωνος, καὶ Ἀρταξέρξου, καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐλευθερώτερος αὐτοῦ τοῦ Σωκράτους, οὐ δικαστηρίῳ ὑπαχθεὶς, οὐδὲ ἐν δεσμωτηρίῳ κείμενος, οὐδὲ ἐκ τῶν συμφορῶν ἐπαινούμενος.

omnium caſuum immunem iſtam dico vitam. Quare et ſupra Lycurgum, et Solonem, et Artaxerxen, et Alexandrum, conſtitutus fuit Diogenes; libertate vero Socratem anteceſſit, nec delatus in iudicio, nec in carcere detentus, neque laudem conſecutus e miſeria.

ΛΟΓΟΣ ΛΖ΄.

Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα [a].

Σωκράτης ἐν Πειραιεῖ διαλεγόμενος πολιτικοῖς ἀνδράσιν ἀναπλάττει τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐν δράματι, πόλεώς τε καὶ πολιτείας ἀγαθῆς εἰκόνα, καὶ τίθεται νό-

DISSERT. XXXVII. *vulgo* XXI.

An quicquam ad virtutem artes liberales conferant.

Socrates in diſputatione illa, quam in Pyraeeo cum politicis hominibus habuit, optimae reipublicae imaginem, non ſecus, quam in dramate aliquo, oratione effingit; nam et leges condit,

expeditionis, non *exercitus*. Ammonius: Στρατεία, ἐκτεταμένως, τὸ πρᾶγμα· Στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. variantur tamen hae voces in vſu, vt ipſe addit. M.

d δι' ὃν καὶ Διογένης] Forte, δι' οὗ, *per quam*. vide tamen XXVIII, 4. νόμον, δι' ὃν Πέρσαι τῆς ἐλευθερίας ἐπελάβοντο. et ita optimi Graeci Scriptores. Vide, quae notaui ad *Lyſiae* Orat. XXV. p. 592. M.

e ὑψηλότερος ἦν [καὶ] Λυκούργου,] Vulgo deeſt vox penultima, quam ſuppeditarunt mſſ.

DISSERT. XXXVII.

a Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα.] Quae ſint ἐγκύκλια μαθήματα docebunt Ioan. Wowerius de Polymathia cap. XXIV. et Henr. Valeſius ad Euſebii H. E. VI, 2. Ea, praeter Epicurum, nihili faciebant Cynici Stoicorumque nonnulli. Vide Laërtium VI, 103. VII, 32. At εὐχρηστεῖν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα

μους, καὶ παῖδας τρέφει, καὶ φρουροὺς τῇ πόλει [b], μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παραδοὺς τὰ τῶν πολιτῶν σώματα καὶ τὰς ψυχάς· παραστήσας ἀμφοῖν τοῖν μαθημάτοιν διδασκάλους ἀγαθοὺς, καὶ ἐκκρίτους, ὥσπερ ἀγέλης ἡγεμόνας, φύλακας ὀνομάζων [c] τοὺς ἡγεμόνας· ὄναρ, οὐχ ὕπαρ, ὡς δόξαι ἄν τινι τῶν ἀγροικοτέρων, ξυνιστὰς πόλιν. Ἀλλὰ γὰρ τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας ὁ τρόπος οὗτος ἦν, ἐοικὼς τοῖς χρησμοῖς. Εἰ δὲ βούλει, τὸν μὲν Σωκράτην ἐῶμεν, τὸν δὲ Ἀθηναῖον παρακαλῶμεν ξένον ἀποκρίνεσθαι ἡμῖν. Καὶ γὰρ αὖ [d] καὶ

condit, et pueros educat, et cuſtodes ciuitati imponit, muſica praeterea gymnaſticaque arte corpora ſimul animoſque ciuium efformat: quod vt melius fiat, magiſtros vtriuſque diſciplinae praeſtantiſſimos, tanquam totius gregis duces, praeficit, quos cuſtodes nominat; quam quidem eius vrbem vereor ne aliquis paulo agreſtior magis in ſomniis, quam reuera, conſtitutam dicat. Verum non alia antiquae philoſophiae fuit ratio, quae non multum differebat ab oraculis. Si placet, relinquamus Socratem, potiuſque ab altero illo Athenienſi ciue petamus, vt nobis reſpondeat. Nam et hunc in

τα cenſuit Chryſippus, vt idem teſtatur VII, 129. Et Seneca, licet iis parum faueat, ait, Ep. LXXXVIII. p. 388. *Liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt.* Eas etiam maximis laudibus cohoneſtat Philo Περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου p. 333. ſeqq. Non defuere tamen Chriſtiani, qui τῶν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχεσθαι praeceperunt. In alias vero partes diſceſſere ſaniores. Vide I. B. Cotelerium ad Conſtit. Apoſt. I. 6.

Sectio α′.

b φρουροὺς τῇ πόλει,] Heinſius excidiſſe vocem ratus legit, φρουροὺς τῇ πόλει [ἐπιτάττει.] Sed hoc additamento nihil opus.

Ibid. καὶ παῖδας τρέφει, καὶ φρουροὺς τῇ πόλει.] *Heinſius* notauerat, Verbum ἐπιτάττει, vel ſimile quoddam, excidiſſe. Aliter *Daviſius*. Certiſſimam puto criſin *Heinſianam*. Verbum enim τρέφει non recte applicueris vtrique, τῷ παῖδας, et τῷ φρουρούς. Mallem tamen, καὶ φρουροὺς [καθίστησι] τῇ πόλει. Vide Platonem init. lib. VI. *de Rep.* Xenophon Epheſius lib. IV. p. 61. κατέστησαν φρουρὸν ἕνα τῶν λῃστῶν, Ἀμφίνομον. M.

c φύλακας ὀνομάζων] Vide Platonem de Rep. lib. II. p. 428. ſeqq.

d ἀποκρίνεσθαι ἡμῖν. Καὶ γὰρ αὖ etc.] Haec praue diſtinguuntur. Parentheſeos nota poni debuit

τούτου [e] ἀκούω ἐν Κρήτῃ διαλεγομένου τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ [f], Μεγίλλῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ [g], καὶ Κλινίᾳ τῷ Κνωσίῳ, πόλει Δωρικῇ οἰκιζομένῃ τιθέντος νόμους, ἵνα πείθωνται τὸ Κρητῶν γένος μουσικὴν εἰς τὰ τῆς ἀνδρείας ἐπιτηδεύματα εἰσοικίσαι, καὶ ἡμερῶσαι τὸν θυμὸν τῷ μέλει· ἵνα

in Creta, in Dictaeo Iouis antro, cum Lacedaemonio Megillo et Cnoſſio illo Clinia differentem audio; cum Doricae ciuitati, de cuius tum fundatione agebatur, leges condit, ſuadetque Cretenſibus, vt inter reliqua, quibus ad virtûtem excitantur ciues, admittant quoque muſicam, eiuſque modulatione vehementes animi componerent motus, ne mutila eorum vlla ex parte aut

debuit poſt ἡμῖν, et continuari vſque ad vocem θρέμμασι, ad finem Sectionis. ſenſus enim ita connectitur: τὸν δὲ Ἀθηναῖον παρακαλῶμεν ξένον ἀποκρίνεσθαι ἡμῖν, (καὶ γὰρ αὖ — τοῖς αὐτῆς (non αὐτῆς) θρέμμασι) Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ ξένε Ἀττικέ; οὕτω τὸ ἀγαθὸν etc. Hoc non animaduerſum fefellit Cl. Editorem, qui Sectionem β. non recte incipere facit a vocibus Πῶς τοῦτο λέγεις. Caeterum Ξένος Ἀττικὸς vna eſt ex *Quatuor* Perſonis, quas Plato ſolet inducere, quando Opiniones *ſuas* proponit, prout notatum Diog. Laërtio lib. III. ſect. 52. Reliquae *tres* ſunt, *Socrates*, *Timaeus*, et *Hoſpes Eleates*. M.

e (καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτου etc.) Diſtinguo et lego: (καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτου ἀκούω ἐν Κρήτῃ διαλεγομένου, ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ, Μεγίλλῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ καὶ Κλεινίᾳ τῷ Κνωσίῳ, καὶ πόλει Δωρικῇ τιθέντος νόμους, etc. Connexio eſt: διαλεγομένου Μεγίλλῳ καὶ τιθέντος νόμους πόλει. vulgo abeſt καὶ. Pro ἐν (quae vox non inuenitur in Codd. *Reg.* et *Harl.*) *Dauiſius* mauult παρὰ, vt Maximum ab errore liberet. ſed retinent ἐν priores Editiones; et notum eſt, ἐν eſſe idem, quod παρὰ, *iuxta*, apud optimos ſcriptores, et paſſim in N. Foedere: vide *Perizonium* ad Aeliani V. H. II, 25. Nihilominus credo, Noſtrum ſolenni culpa, non inſpecto Platone, poſuiſſe ἐν in vſitata eius ſignificatione; vt XVI, 1. Ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ κείμενος etc. M.

f τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ] Vulgo τοῦ Διὸς ἐν τῷ Δικταίῳ ἄντρῳ. Lectionis autem, quam dedimus, fideiuſſores ſunt Reg. et Harlei. Legerim tamen [παρὰ] τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου τῷ ἄντρῳ, quod et ipſum laxius eſt accipiendum, niſi Maximo μνημονικὸν ἁμάρτημα velimus impingere. Nam diſputatio de Legibus habita fuit in via, quae Iouis ad ſpeluncam ducit. Vide Platonem lib. I. de Legg. p. 565. B.

g Μεγίλλῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ,] Vulgo

μὴ κολοβὸς αὐτοῖς ἡ ἀρετὴ μηδὲ ἀτελὴς γίγνηται, πρὸς τὸν μὲν ἔξω πόλεμον παρασκευάζουσα καρτερεῖν καλῶς καὶ ἀνέχεσθαι πονουμένους, καὶ ἀποθνήσκειν μένοντας[h], πρὸς δὲ τὸν ἐν τῇ ψυχῇ τὸν στασιωτικὸν μηδεμίαν παρασκευὴν πορισαμένη τοῖς αὐτῆς θρέμμασι.

β'. Πῶς τοῦτο λέγοις[i], ὦ ξένε Ἀττικέ; Οὕτω τὸ ἀγαθὸν ἡμῖν στενὸν καὶ γλίσχρον καὶ δύσληπτον καὶ ἄδηλον καὶ πραγματείας πολλῆς ἐμπεπλησμένον, ὥστε οὐκ ἂν αὐτοῦ τύχοιμεν, ὅτι μὴ τερετίζοντες καὶ ψάλλοντες, καὶ τὰς ἐν γεωμετρίᾳ γραμμὰς ἄνω καὶ κάτω καταγράφοντες[k], καὶ τριβόμενοι ἐν τούτοις, ὥσπερ ἄλλο τι θέλοντες, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι ἀγαθοὶ εἶναι; πρᾶγμα

aut imperfecta eſſet virtus: quod fieret, ſi, quo modo externum quidem bellum tolerare fortiter ac ſuſtinere poſſent, doceret eos; ſeditioni vero internae, qua fluctuare ſolet animus, nullum ciuibus ſuis praeſcriberet remedium.

2. Quid ais vero, hoſpes Attice? Tamne tibi anguſta, tam lubrica, ac difficilis videtur ea, quae ad bonum deducit, via, tam incerta, multiſque obſeſſa moleſtiis, vt niſi quis cantillet, et minurizet, totoſque diis in geometrico puluere lineas deducat, peruenire eo nequeat; quaſi aliud quid nobis ſit propoſitum, quam vt viri boni ſiamus? Cum profecto virtus, ſi vtilitatem

Vulgo Μετίλλῳ, nec aliter Reg. Harleian. et Paccii codex. At Stephanus mauult Μεγίλλῳ. Recte quidem, licet de re certa non ita dilute fuit loquendum. Sic Platoni ſemper nominatur, vt Schottus obſeruauit. Sic etiam Ciceroni de Legg. I, 5.

h καὶ ἀποθνήσκειν μένοντας,] *Heinſius* has voces in Verſione omiſit. volunt, opinor, *et in ſtatu mori*, mori *manentes*, ex loco, in quo poſiti erant, ne minimum quidem recedentes, nedum fugientes: ἀποθανεῖν οὗπερ ἐτάχθη καὶ μάχεσθαι, prout loquitur Lyſias Orat. II. Forte igitur non opus erit coniectura mea: καὶ ἀνέχεσθαι πονουμένους, κἂν ἀποθνήσκειν μέλλοντας· *et laborantes tolerare, etiam ad mortem vſque*. M.

Sectio β'.

i Πῶς τοῦτο λέγοις.] Ita Reg. non λέγεις, vt vulgo.

k γραμμὰς ἄνω καὶ κάτω καταγράφοντες] Libenter delerem praepoſitionem κατὰ in Participio καταγράφοντες. mihi videtur nata eſſe ex calamo Scribae repetentis vocem praecedentem. M.

l κατὰ

κατὰ τὴν χρείαν [l] ὑψηλὸν καὶ μέγα καὶ ἐγγύς που τινὸς θείας ἀρετῆς, κατὰ δὲ τὴν κτῆσιν οὐ χαλεπὸν τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι τῷ εἶξαι τῷ καλῷ [m], καὶ πρὸς τὰ αἰσχρὰ ἀντιβλέψαι [n]. Ἀποκρίνεται ὁ Ἀθηναῖος ξένος [o], ὅτι καὶ πόλεως τὸ καλούμενον δὴ τοῦτο νόμος ἄνευ πειθοῦς τῶν χρωμένων σύγγραμμά ἐστιν ἄλλως κενὸν, δεῖ δὴ αὐτῷ τοῦ δήμου πειθομένου ἑκόντος· ὁ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ δῆμος πολὺς καὶ ἔμπληκτος, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἅπαξ εἴξας ὁμολο-

litatem eius ſpectes, res magna ſit et ardua, ſi, quo comparatur, modum, facillima; quia in proximo aliquis ſemper eius vſus eſt, modo quis ſemel honeſto locum dederit, turpi vero bellum indixerit. Reſpondebit Athenienſis hoſpes: Id, quod legem vocant in republica, niſi accedat ciuium obſequium, fruſtra ferri ac rogari; nec quicquam magis requiri, quam vt ſponte parere velit populus: eum vero, qui in animo noſtro eſt, populum varium eſſe et inſanum; qui ſi ſemel legi conſenſerit, locum-

l κατὰ τὴν χρείαν] Scribe, *κατὰ μὲν τὴν χρείαν* etc. ſequitur enim, *κατὰ δὲ τὴν κτῆσιν*. M.

m πρᾶγμα κατὰ τὴν χρείαν — τῷ καλῷ,] Vel malae fidei poſtulandi ſunt editores, vel a codicibus, quibus vſi ſunt, abeunt noſtri mſſ. nam Reg. et Harlei. locum ſic repraeſentant: *πρᾶγμα κατὰ τὴν χρείαν ὑψηλὸν καὶ μέγα [καὶ ἐγγύς πού τινος τῆς χρείας ἀρετῆς,] κατὰ δὲ τὴν κτῆσιν οὐ χαλεπὸν τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι τῷ εἶξαι τῷ καλῷ.* Repono: *πρᾶγμα κατὰ τὴν χρείαν ὑψηλὸν καὶ μέγα [καὶ ἐγγύς που τινὸς θείας ἀρετῆς,* (*ἀρετὴν* in *beneficentiae* vel *efficaciae* poteſtate capio) *κατὰ δὲ τὴν κτῆσιν οὐ χαλεπὸν τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι [τὸ] εἶξαι τῷ καλῷ, καὶ πρὸς* etc. Vide ad Diſſert. XXXVIII, 5.

Ibid. *τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι τῷ εἶξαι τῷ καλῷ,*] Ita Codices. vnde *Dauiſius*: *τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι, τὸ εἶξαι* etc. Mallem: *τῷ ἅπαξ ἐθελήσαντι εἶξαι τῷ καλῷ.* iſtud enim *τῷ* ante *εἶξαι* videtur eſſe error Librarii. Paullo ante, pro eo, quod nunc editur *τινὸς θείας ἀρετῆς*, Codices habent *τινὸς τῆς χρείας ἀρετῆς*. Vbi iſta, *τινὸς τῆς*, mihi videntur eſſe Lectiones vtriuſque Editionis. Vtrumuis eorum probum eſt, *τινὸς θείας ἀρετῆς*, vel *τῆς θείας ἀρετῆς*. ſed vtrumque, *τινὸς τῆς*, ferri non poteſt. Puto editam Lectionem eſſe a manu vltima Auctoris. Mox, pone *ὑποστιγμὴν* poſt *ἔμπληκτος*: et dele diſtinctionem poſt *ἔπηται*. quin et pro *ὁ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ δῆμος*, lege, *ὅ, τε*. M.

n πρὸς τὰ αἰσχρὰ [ἀντιβλέψαι.] Vulgo *ἀντιλέξαι*. Sed Reg. et Harleian. *ἀντιβλέψαι*, eoque modo legendum; quod et Heinſius iamdudum monuit.

o Ἀποκρίνεται ὁ Ἀθηναῖος ξένος·]

γήσῃ τῷ νόμῳ, καὶ ἕπηται, ᾗ αὐτὸς ἐπικελεύῃ, τοῦτο ἂν εἴη τὸ χρῆμα πολιτεία ψυχῆς ἡ ἀρίστη, ἣν καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι Φιλοσοφίαν.

γ΄. Φέρε δὴ, νομοθέτου δίκην παρίτω Φιλοσοφία, ψυχὴν ἄτακτον καὶ πλανωμένην κοσμήσουσα, καθάπερ δῆμον· παρακαλείτω δὲ ξυλλήπτορας ἐσομένας αὐτῇ καὶ ἄλλας τέχνας, οὐ βαναύσους, μὰ Δία, οὐδὲ χειρουργικὰς, οὐδὲ οἵας συντελεῖν τὰ φαῦλα ἡμῖν· ἀλλὰ τὴν μὲν τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσαν ὄχημα εὐπειθὲς καὶ ἐῤῥωμένον τοῖς προσάγμασιν ὑπηρετεῖν, γυμναστικὴν ταύτην ὀνομάζουσα· τὴν δὲ ἄγγελον τῶν τῆς ψυχῆς διανοημάτων, ῥητορικὴν ταύτην ὀνομάζουσα· τὴν δὲ ἀγαθὴν τιθήνην καὶ τροφὸν γνώμης νέας p, ποιητικὴν ταύ-

locumque ei dederit, et quo iuſſerit ſequi coeperit, tum demum praeſtantiſſimam obtinere in animo reipublicae formam, quam philoſophiam vocant homines.

3. Quare cenſeo, vt philoſophiam hanc aduocemus, quae legislatoris inſtar tumultum erroremque animi, tanquam populi alicuius, componat. Quod vt poſſit, artium aliarum ſubſidium aſſumat, non e numero illarum, hercule, quas ſedentarias aut mechanicas dicimus, quibuſque in vſu quotidiano vtimur; ſed illam primo, quae corpus ita praeparet, vt promtum animae vehiculum validumque ad obeunda eius imperia eſſe poſſit, quam gymnaſticam dicat; alteram rurſus, quae animi conceptiones efferat, quam rhetoricen vocet; tertiam, quae animos iuniores et adhuc rudes nutriat, educetque, quam poëticen appellet;

νος·] Vulgo [Καὶ] ἀποκρίνεται. Sed eam voculam neſciunt mſſ.

Sectio γ΄.

p τιθήνην [καὶ τροφὸν] γνώμης νέας,] Vulgo τιθήνην τροφῶν, vnde Schottus τιθήνην pro gloſſa numerans reponit [ἀγαθὴν τροφὸν] γνώμης νέας. Sed fruſtra fuit vir ille doctus. Harl. enim lectionem, quam dedimus, exhibet; quod Heinſius etiam de Regio notauit. Sic item Paccii codex.

Ibid. τὴν δὲ ἀγαθὴν τιθήνην etc.] Haec ita ſcribenda erant: τὴν δὲ,

Ἀγαθὴν τιθήνην καὶ τροφὸν γνώμης νέας,
Ποιητικὴν ταύτην ὀνομάζουσα· eſt enim Senarius ex poëta aliquo. M.

την ὀνομάζουσα· τὴν δὲ ἡγεμόνα τῆς ἀριθμῶν φύσεως, ἀριθμητικὴν ταύτην ὀνομάζουσα· τὴν δὲ καὶ λογισμῶν διδάσκαλον, λογιστικὴν ταύτην ὀνομάζουσα [q]· γεωμετρίαν δὲ καὶ μουσικὴν, ξυνερίθω τε καὶ ξυνίστορε φιλοσοφίας, τῶν αὐτῶν νείμασα ἑκάστῃ μέρος τοῦ πόνου [r].

δ'. Καὶ περὶ μὲν τῶν πόνων [s] τάχα δὴ ἑξῆς διέξειμι· νῦν δὲ δὴ μουσικῆς πέρι τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἐν ψυχῇ [t] ἐπιτηδευμάτων προχειρισάμενοι, λέγωμεν τὰ εἰκότα· ὡς ἔστι καλὸν μὲν καὶ ἀνδρὶ ἑνὶ μουσικὴ, καλὸν δὲ αὖ καὶ πόλει καὶ γένει ξύμπαντι, ᾧ τῶν θεῶν μοίρᾳ

pellet; quartam, quae numerorum rationem doceat, quam Arithmeticen nominet; quintam, quae ſupputandi, quam calculatoriam nuncupet; hanc aliae duae, geometria ac muſica, ſequantur, ſociae philoſophiae atque arcanorum eius conſciae, quarum ſingulis illa opus ſuum partitur.

4. De quibus loco ſuo forte dicturi ſumus: nunc de muſica, vt inſtituimus, quae omnium animi diſciplinarum antiquiſſima eſt, quae par videtur, dicamus; eam nimirum et ſingulis hominibus et totis conducere vrbibus, quibus deorum munere exerci-

q λογιστικὴν ταύτην ὀνομάζουσα·] Arithmeticen et logiſticen ſaepe diſtinguit Plato. Vide Gorgiam p. 282. D. Phaedrum p. 356. C. et de Rep. lib. VII. p. 484. F. Arithmetica ſcilicet ἀριθμῶν θεωρίᾳ mancipatur, ἀριθμητῶν vero logiſtice. Vide G. I. Voſſium de Artium et Scient. Natura lib. III. cap. 18. et Ioan. Wowerium de Polymathia cap. XXII. 3.

r [τῶν αὐτῶν] νείμασα [ἑκάστῃ] μέρος τοῦ πόνου.] Schottus reponit τὸ αὐτῆς, Heinſius autem [τὸ αὐτῶν] νείμασα [ἑκάστῳ] μέρος τοῦ πόνου. Non equidem video, cur codicum lectionem mutare geſtierint praeſtantes illi viri.

Ibid. τῶν αὐτῶν νείμασα ἑκάστῃ μέρος τοῦ πόνου.] Nihil mutatum vult Cl. Editor. *Heinſius* coniicit τὸ αὐτῶν. quod verum puto, ſi ſcribas αὑτῶν, *ſuam partem.* M.

Sectio δ'.

s περὶ μὲν τῶν [πόνων] Legendum puto περὶ μὲν τῶν [λοιπῶν.] De diſciplinis loquitur, quarum ſupra mentionem fecerat.

Ibid. Καὶ περὶ μὲν τῶν πόνων] *Dauiſius* τῶν λοιπῶν: quam ego praeſtantiſſimam reſtitutionem eſſe arbitror. M.

t τῶν ἐν ψυχῇ] Vulgo τῶν ἐν [τῇ] ψυχῇ, repugnantibus mſſ.

u ἐπὶ

μουσικὴν συνέβη ἐπιτηδευθῆναι. Οὔ τι τοι λέγω τὴν δι' αὐλῶν καὶ ᾠδῶν καὶ χορῶν καὶ ψαλμάτων, ἄνευ λόγου ἐπὶ τῇ ψυχῇ ἰοῦσαν [u], τῷ τερπνῷ τῆς ἀκοῆς τιμηθεῖσαν. Ταύτην μὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἀνθρωπίνη ἀγαπήσασα πλημμέλεια, ἑπομένη τῷ ἡδεῖ φαινομένῳ, νοθεύσασα διὰ τοῦ ἔρωτος [x] τούτου τὴν ἀκρίβειαν τῆς μουσικῆς. Τὸ γὰρ νῦν ἔχον ἐξίτηλος ἡμῖν γενομένη οἴχεται, ἀποδυσαμένη τὸ αὐτῆς κάλλος, τὸ ὑγιὲς ἐκεῖνο καὶ ἀρχαῖον, ἐξαπατῶσα ἡμᾶς καθὰ περιστερᾶς [y] ἐπίχριστον [z], οὐκ αὐτοφυὲς ἄνθος, καὶ εἰδώλῳ τινὶ μουσικῆς ξυνόντες λανθάνομεν, αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἀληθῆ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος μοῦσαν, τὴν

exercitium eius eſt conceſſum. Non de ea nunc ago, quae tibiis, aut cantiunculis, aut pedum motibus, aut ſola vocis inflexione ſine verbis, animum penetrat; nec aliud, quam aurium voluptatem, habet, cur celebretur. Hanc enim amplexa eſſe videtur animi humani corruptio, dum iucunditatis ſequitur ſpeciem, et, vt gratificetur ſibi, veram illam in ſpuriam illegitimamque mutaſſe muſicen. Hodie certe ex noſtris ſublata eſt oculis, poſitaque antiqua illa ſinceraque ſua pulchritudine, imponit nobis, ſicut fictus, haud verus, columbae nitor; neſcimus enim, ſolam muſicae imaginem eſſe, quam retinuimus, veramque illam Heliconiam muſam habere falſo nos arbitramur,

u ἐπὶ τῇ ψυχῇ ἰοῦσαν] Scribe, ἐπὶ τὴν ψυχὴν, vt in quauis pagina. et ita legendum puto infra, ſect. 5. Ἡ δέ γε ἀνθρωπίνη, καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἰοῦσα, τί ἂν εἴη ἄλλο etc. non περὶ τὴν ψυχήν. M.

x νοθεύσασα διὰ τοῦ ἔρωτος] Omnino νοθεῦσαι, ſc. ἔοικεν, Conſtructione ita volente. M.

y καθὰ περιστερᾶς] Repetenda forte tertia ſyllaba, καθάπερ περιστερᾶς. M.

z καθὰ περιστερᾶς [ἐπίχριστον] οὐκ αὐτοφυὲς ἄνθος,] Vulgo καθὰ περιστερᾶς [ἐπίχαλκον,] quod codicum fide mutauimus. Schottus autem mauult in accuſandi caſu περιστερὰς, vt nos columbis Maximus comparet. Sed ἀκίνητον κινεῖ vir eruditus; nam noſter, vt opinor, ad columbarum colla reſpicit, quae κατὰ τὰς διαφόρους [ἐπικλίσεις,] διάφορα φαίνονται κατὰ χρῶμα, prout loquitur Sextus Pyrrhon. Hypot. lib. I. §. 120. Vide, quae ſcripſimus ad Ciceronis Acad. II. 7.

Ibid. ἐπίχριστον] Editiones priores ἐπίχαλκον. vnde conieceram ἐπίπλαστον. Caeterum hunc locum illuſtrat Pſaltes regius, Pſ. LXVIII, 13. πτέρυγες περιστερᾶς περι-

Ὁμήρῳ φίλην, τὴν Ἡσιόδου διδάσκαλον [a], τὴν Ὀρφέως μητέρα, οὔτε ἔχοντες, οὔτε εἰδότες· ἡ δὲ παρανομία, κατὰ σμικρὸν [b] συμφορηθεῖσα ἡμῖν, τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ὄλισθον τοῦτον κατέσπασε καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Ὅτε Δωριεῖς [c] μὲν οἱ ἐν Σικελίᾳ, τὴν ὄρειον ἐκείνην καὶ ἀφελῆ μουσικὴν οἴκοι καταλιπόντες, ἣν ἐπὶ ἀγέλαις καὶ ποίμναις εἶχον, Συβαριτικῶν αὐλημάτων ἐρασταὶ γενόμενοι, καὶ ὄρχησιν ἐπιτηδεύσαντες, οἵαν ὁ αὐλὸς ἠνάγκα-

mur, quae amica Homeri, magiſtra Heſiodi, Orphei mater fuit, cum neque habeamus eam, neque imbuti ea ſimus: hinc illegitima vſurpatio, paulatim ſeſe inſinuans, noſtrum cum publice, tum priuatim, in errorem hunc pertraxit animum. Ex quo Dores, qui Siciliam incolunt, ſimplicem illam agreſtemque muſicen, qua inter greges ſuos pecudeſque vtebantur, domi reliquerunt, ac pro eo tibias Sybariticas amare, ad Ionicas ſaltare

περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. M.

a λανθάνομεν, αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἀληθῆ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος μοῦσαν, τὴν Ὁμήρῳ φίλην, [τὴν] Ἡσιόδου διδάσκαλον, — οὔτε ἔχοντες, οὔτε εἰδότες·] Vulgo λανθάνομεν, [οἰόμενοι] αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἀληθῆ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος μοῦσαν [ἔχειν,] τὴν Ὁμήρῳ φίλην, [καὶ] Ἡσιόδου διδάσκαλον, — οὔτε ἔχοντες etc. Nos ingenio ne minime quidem indulſimus, ſed ſola codicum ope locum ſanauimus.

Ibid. Καὶ Ἡσιόδου διδάσκαλον,] Lege τὴν Ἡσιόδου, vt τὴν Ὁμήρῳ φίλην. et ita Mſſ. Hic quoque, niſi fallor, habes elegantem correctionem a manu ipſius Auctoris. Editiones priores huic ſententiae addebant voces οἰόμενοι et ἔχειν. *Regius* vero et *Harleianus*, qui transſcripti erant ab Exemplaribus Secundae Editionis ab ipſo Maximo recenſitae, eas omittunt. longe melius, ſi totum locum accurate ſpectes. cum enim in fine ſententiae dicat, οὔτε ἔχοντες, οὔτε εἰδότες, debuerat in prioribus poſuiſſe οἰόμενοι ἔχειν καὶ εἰδέναι, vt ſingula ſibi recte reſponderent. quam Primae Editionis omiſſionem ſentiens, in Secunda ſanauit, quemadmodum vides. M.

b κατὰ σμικρὸν] Vulgo κατὰ σμικρὰ, contra quam iubent Reg. et Harl.

c Ὅτε Δωριεῖς] Legendum videtur ὥσπερ Δωριεῖς. Vide ſupra Diſſert. XX. 8.

Ibid. Ὅτε Δωριεῖς] Opinor οὕτω Δωριεῖς. vt ſect. 5. οὕτω Βοιωτοὺς τοὺς ἀγροίκους αὐλὸς ἐπιτηδευόμενος ἡμέρωσε. Exemplo illuſtrat,

ζεν Ἰώνων, ἀφρονέστεροι μὲν τὸ εὐφημότατον, ἀκολαστότεροι δὲ τὸ ἀληθέστατον, ἐγένοντο. Ἀθηναίοις δὲ ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα χοροὶ παίδων ἦσαν [d] καὶ ἀνδρῶν, γῆς ἐργάται κατὰ δήμους ἱστάμενοι, ἄρτι ἀμητοῦ καὶ ἀρότου κεκονιμένοι, ᾄσματα ᾄδοντες αὐτοσχέδια· μεταπεσοῦσα δὲ ἡ ψυχὴ [e] ἐπὶ τέχνην ἀκορέστου χάριτος ἐν σκηνῇ καὶ θεάτροις ἀρχὴ τῆς περὶ πολιτείαν αὐτοῖς πλημμελείας ἐγένετο. Ἡ δὲ ἀληθὴς ἁρμονία, ἣν ᾄδει μὲν ὁ μουσῶν χορὸς, ἐξάρχει δὲ αὐτῆς ὁ Ἀπόλλων ὁ μουσηγέτης, σώζει μὲν ψυχὴν μίαν, σώζει δὲ οἶκον, σώζει πόλιν, σώζει ναῦν [f], σώζει στρατόπεδον.

ε. Εἰ δὲ Πυθαγόρᾳ πειθόμεθα, ὥσπερ ἄξιον, καὶ

tare coeperunt; dementiores, vt leuiſſime dicam, aut, vt verius, intemperantiores facti ſunt. Antiqua Athenienſium muſa nihil aliud, quam chori puerorum virorumque erant, et agricolae in populos diuiſi, qui adhuc a ſemente ſua et meſſe ſordidi incompoſita quaedam et extemporanea canebant carmina; ab his cum animus ad ſcenicam paulatim et theatralem artem, quae res voluptatem prorſus habet inſatiabilem, deflecteret, hoc corrumpendae fuit reipublicae principium. At vera illa harmonia, quam muſarum canit chorus, dux earum inchoat Apollo, animum in ſtatu ſuo retinet, domum conſeruat, conſeruat nauem, conſeruat exercitum.

5. Quod ſi Pythagorae, vt par eſt, credimus, coelum quoque

lustrat, quod propoſuerat. Vide XX, 8. vbi quidem legitur ὅτε, ſenſu ibi ita poſtulante. ſed aliter hoc loco. Cl. Editor coniicit ὥσπερ Δωριεῖς. Caeterum vox οἶκοι mihi ſuſpecta eſt; et bene omittitur loco memorato, XX, 8. M.

d χοροὶ παίδων [ἦσαν] Vulgo οὖσα. Sed vterque codex, vt edidimus, quod et Heinſius ex Regio notauit. Vide Caſaubonum de Satyr. Poëſi lib. I. cap. I. p. 10.

e μεταπεσοῦσα δὲ ἡ ψυχὴ] Lege, μεταπεσοῦσα δὲ ἡσυχῇ ἐπὶ τέχνην etc. ſcil. ἡ μοῦσα, quae praeceſſit. altera lectio eſt ſine ſenſu. ἡσυχῇ eſt *tacite*: κατὰ σμικρὰ paullo ante. ὑποφερόμενος ἀψοφητὶ, XXXI, 5. M.

f [σώζει πόλιν,] σώζει ναῦν,] Ex Harleian. duas priores voces addidimus; nam vulgo deſunt.

Sectio

μελῳδεῖ ὁ οὐρανὸς [g], οὐ κρουόμενος, ὥσπερ λύρα, οὐδὲ ἐμπνεόμενος, ὥσπερ αὐλός· ἀλλ' ἡ περιφορὰ τῶν ἐν αὐτῷ δαιμονίων καὶ μουσικῶν σωμάτων [h], σύμμετρός τε οὖσα καὶ ἀντίῤῥοπος, ἦχόν τινα ἀποτελεῖ δαιμόνιον [i]. Τῆς ᾠδῆς ταύτης τὸ κάλλος θεοῖς μὲν γνώριμον, ἡμῖν δὲ

quoque modulationem edit; non quod, vt lyra, pulſetur, aut infletur, vt tibia; ſed quod circuitu ſuo diuina illa muſicaque, quae in eo ſunt, corpora congruo aptoque coeleſtem quandam excitent harmoniam: cuius quidem elegantiam dii ſentiunt, nos

Sectio ε.

g καὶ μελῳδεῖ ὁ οὐρανὸς,] Macrobius in *Somn. Scip.* II, 3. *Ideo* CANERE COELVM *etiam Theologi comprobantes, ſonos muſicos ſacrificiis adhibuerunt.* Vide ibi plura. Sidon. Apollinaris Carm. XV, 58.

Praecipuumque etiam ſeptem vaga ſidera CANTVM
Hinc dare, perfectus numerus quod vterque habeatur.

Haec eſt iſta ἐναρμόνιος περιφορὰ τοῦ κόσμου, quam Platonem per celebre ſuum πλῆνον ἅρμα deſignaſſe tradit Lamprias apud Plutarchum *Sympoſiac.* IX, 4. p. 740. M.

h [δαιμονίων] καὶ μουσικῶν σωμάτων,] Vulgo δαιμόνων. Sed Reg. et Harl. δαιμονίων, quod melius eſſe merito dixit Heinſius. De re ipſa vide Quinctilianum Inſtit. Orat. I. 10. et Macrobium in Somm. Scipionis II. 1.

i ἡ περιφορὰ τῶν ἐν αὐτῷ δαιμονίων σωμάτων — ἦχόν τινα ἀποτελεῖ δαιμόνιον.] Et quid mirum, ſi corpora δαιμόνια ſonitum δαιμόνιον effecerint? hoc ſimile eſt *regio nauigio regis Aeëtae,* Diſſ. I. Forte: ἡ περιφορὰ τῶν ἐν αὐτῷ ἀνομοίων καὶ μουσικῶν σωμάτων etc. Concentus enim fit ex DISSIMILIBVS: et *ex variis impulſibus vnum ſibi conſonans naſcitur,* Macrobius in *Somm. Scip.* II, 1. quem locum adeas. Cicero *Somn. Scip.* c. V. *Hic eſt, inquit ille, qui interuallis coniunctus* imparibus, *ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu et motu ipſorum orbium conficitur: qui acuta cum grauibus temperans* VARIOS *aequabiliter concentus efficit.* Quintilianus I, 10. *quum Pythagoras, atque eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerint, mundum ipſum eius ratione eſſe compoſitum, quam poſtea ſit lyra imitata. nec illa modo contenti* DISSIMILIVM *concordia, quam vocant* ἁρμονίαν, *ſonum quoque his motibus dederunt.* Vide Noſtrum Diſſ. XIX, 3. vbi dicit, *Vniuerſum hoc eſſe harmoniam quandam, quae a Deo profecta, et incidens* εἰς πολλὰς καὶ ἀνομοίους φύσεις, *diſcordiam, quae iis ineſt, componit* etc. Philo Iudaeus *De Vita Contempl.* p. 618. μέλεσιν ἀντήχοις

ἀναισθὲς, δι' ὑπερβολὴν μὲν αὐτȣ, ἔνδειαν δὲ ἡμετέραν. Τȣτό μοι ἄσκει, καὶ Ἡσίοδος αἰνίττεται [k], Ἑλικῶνά τινα ὀνομάζων τῶν θεῶν καὶ χορȣς [l] ἠγαθέȣς ἐν αὐτῷ, κορυφαῖον δὲ εἴτε Ἥλιον, εἴτε Ἀπόλλωνα, εἴτε τι ἄλλο ὄνομα φανωτάτῳ καὶ μȣσικῷ πυρί. Ἡ δέ γε ἀνθρω-

nos vero non item; vel quod tanta eius ſit excellentia, vel quod tanta ſit noſtra imbecillitas. Nec aliud occulte innuere Heſiodus voluit, cum Heliconem quendam ſtatuit muſarum, diuinoſque choros, quibus praeſidem ſiue ſolem facit, ſiue Apollinem, ſiue quocunque nomine clariſſimum illum ignem, qui in hac harmonia agit principem, appellare libuerit. At vero humana

χοις καὶ ἀντιφώνοις πρὸς τραχὺν ἦχον τῶν ἀνδρῶν ὁ γυναικῶν ὀξὺς ἀνακιρνάμενος, ἐναρμόνιον συμφωνίαν ἀποτελεῖ, καὶ μȣσικὴν ὄντως· elegantiſſime. Pro δαιμόνιον quoque non male legi poſſet ἐναρμόνιον, vt in loco Philonis modo citato. Suidas V. Δωδώνη· καὶ ἔπαιεν ὁ ἀνδριὰς τὸν λέβητα· ἐξ ȣ ἦχός τις ἐναρμόνιος ἐπετελεῖτο· (f. ἀπετελεῖτο·) et iiſdem fere verbis Nonnus in Συναγ. ἱστορ. p. m. 165. M.

k Τȣτό μοι [ἄσκει,] καὶ Ἡσίοδος [αἰνίττεται,] Stephanus et Scaliger emendant: Τȣτό μοι [Ἀσκραῖος] Ἡσίοδος [αἰνίττεται.] Heinſius autem: Τȣτό μοι [ἀμέλει] καὶ Ἡσίοδος [αἰνίττεται.] Doctiſſimis illis viris haud accedo; nam, niſi fallor, reponendum: Τȣτό, μοι [δοκεῖ,] καὶ Ἡσίοδος [αἰνίττεται,] quod etiam Schotto venit in mentem. Sozomenus H. E. VI. 26. Εἴτε Εὐνόμιος, εἴτε ἄλλοι τινὲς περὶ τὴν παράδοσιν τȣ βαπτίσματος ταῦτα ἐνεωτέρισαν, [ἐμοὶ δοκεῖ,] κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον [κινδυνεύȣσιν,] ἄμοιροι τῆς θείας βαπτίσεως τὸν βίον καταλιπεῖν. Xenophon Cyrop. lib. V. cap. III. 3. Καὶ γὰρ, [ἐμοί γε δοκεῖ,] ἔφη, ὁ Γωβρύας πτωχȣς τινας [ἐνόμιζεν] ἡμᾶς. Sic loquitur etiam Arrianus de Exped. Alex. VI. 11. vt et Aelianus V. H. IV. 1. vbi fruſtra malunt ἐμοὶ δοκεῖν.

Ibid. Τȣτό μοι ἄσκει, καὶ Ἡσίοδος αἰνίττεται,] Monui *Coniect. ad Lyſiam* p. 590. legendum eſſe: Τȣτό μοι δοκεῖ καὶ Ἡσίοδος αἰνίττεσθαι. Diſſ. XIV, 2. Τȣτό μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον καὶ Ὅμηρος γνȣς, ἐκτοπίσαι τὸ χωρίον etc. XXVIII, 2. Μήποτε ȣν ἔοικέ τι Ὅμηρος αἰνίττεσθαι ἄλλο κρεῖττον. Philo περὶ Βίȣ Θεωρητ. p. 611. Τȣτό μοι δοκεῖ Ὅμηρος αἰνίξασθαι ἐν Ἰλιάδι. Cl. Editor legit: Τȣτο, μοι δοκεῖ, καὶ Ἡσίοδος αἰνίττεται. quod Vulgatae quidem propius eſt; Maximus vero iſto modo nunquam ſcribit, ſed poſt δοκεῖ Infinitivum ſemper ponit. M.

l Ἑλικῶνά τινα ὀνομάζων τῶν θεῶν καὶ χορȣς] Scribe: Ἑλικῶνά τινα ὀνομάζων, καὶ τῶν θεῶν χορȣς ἠγαθέȣς

πίνη, καὶ περὶ τὴν ψυχὴν ἰοῦσα, τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ παιδαγώγημα τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων, τὸ μὲν ἐξάττον αὐτῆς καὶ φερόμενον κατεπᾴδουσα, τὸ δὲ παρειμένον καὶ ἐκλελυμένον ἔμπαλιν ἐπαίρουσα καὶ παροξύνουσα; Δεινὴ μὲν γὰρ ἐπελαφρῦναι οἶκτον, δεινὴ δὲ ἀμβλῦναι ὀργὴν, δεινὴ δὲ ἐπισχεῖν θυμὸν, ἀγαθὴ ἐπιθυμίαν σωφρονίσαι [m], καὶ λύπην ἰάσασθαι, καὶ ἔρωτα παραμυθήσασθαι, καὶ συμφορὰν κουφίσαι· ἀγαθὴ καὶ ἐν θυσίαις παραστάτις, καὶ ἐν δαιτὶ σύσσιτος, καὶ ἐν πολέμῳ στρατηγός· δεινὴ δὲ καὶ ἐν ἑορταῖς εὐφρᾶναι, καὶ ἐν Διο-

mana illa noſtra, quae circa animum verſatur, quid aliud eſt, quam cuſtos eius et magiſtra; quae affectibus praeeſt illius, vt ſi qui nimium ſe efferant et exſultent, eos demulceat; ſi qui remiſſi nimium et diſſoluti ſint, eos exacuat denuo excitetque? Haec eſt, quae facillime luctum leuat, facillime iram cohibet, optime cupiditates temperat, dolores mitigat, amores ſolatur, aduerſam ſubleuat fortunam; optima haec in ſacrificiis comes, in epulis conuictrix, imperatrix in bello; haec eſt, quae maxime in feſtis reficit, Bacchanalibus ſaltat, in myſteriis afflat homines;

ἠγαθέους ἐν αὐτῷ. Alludit ad Heſiodi *Theogon.* v. 7.

Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο
Καλοὺς, ἱμερόεντας.

Ἑλικῶνα vero quaſi ab ἑλίσσω, *voluo*, propter *reuolutiones* et περιφορὰς horum corporum muſicorum. hoc putat Maximus Heſiodum innuiſſe per vocem Ἑλικῶνα. forte tamen paſtor Aſcraeus de hoc ne ſomniauit quidem. Vide Plutarchi locum in *Conuiu. ſept. Sap.* p. 157. E. vbi ex quodam ſimiliter arguтante quaerit Periander, *Putaſne, tale aliquid Heſiodo in mentem veniſſe?* Sed circa Homerum et Heſiodum haec erat Veterum ſuperſtitio, qui nihil non μυστηριῶδες in eorum Poëmatibus videbant. adeas Xenophontem in *Sympoſio*, m. p. 90. vbi ὁ σοφώτατος Socrates ex duobus locis Homeri concinnat ridiculam etymologiam vocis Γανυμήδης: vnde probatum vult, Iouem non ob *Corporis*, ſed *Animae* pulchritudinem in Coelum *Ganymedem* euexiſſe. Mox, pro περὶ τὴν ψυχὴν ἰοῦσα, mallem ἐπὶ, vt prius notaui. M.

m [ἀγαθὴ] ἐπιθυμίαν σωφρονίσαι,] Vulgo [ἀγαθῶν] ἐπιθυμίαν σωφρονίσαι. Sed Reg. et Harlei. ἀγαθή. Patet igitur, Heinſium διόρθωσιν hanc ingenio ſuo non debuiſſe.

n πολι-

νυσίοις κωμάσαι, καὶ ἐν τελεταῖς ἐπιθειάσαι· δεινὴ καὶ πολιτείαις ἦθος κεράσαι [n] τῷ μέτρῳ. Οὕτω Βοιωτοὺς τοὺς ἀγροίκους αὐλὸς ἐπιτηδευόμενος ἡμέρωσε, καὶ ποιητὴς Πίνδαρος συνῳδὸς τῷ αὐλῷ· καὶ Σπαρτιάτας ἤγειρε τὰ Τυρταίου ἔπη, καὶ Ἀργείους τὰ Τελεσίλλης μέλη [o], καὶ Λεσβίους ἡ Ἀλκαίου ᾠδή· οὕτω καὶ Ἀνακρέων Σαμίοις Πολυκράτην ἡμέρωσε, κεράσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα Σμερδίου, καὶ Κλεοβούλου κόμην, καὶ αὐλοὺς Βαθύλλου [p], καὶ ᾠδὴν Ἰωνικήν.

ϛʹ. Τὰ δὲ τούτων ἀρχαιότερα εἰς τί χρὴ λέγειν; Ὀρφεὺς ἐκεῖνος ἦν μὲν Οἰάγρου παῖς καὶ Καλλιόπης αὐ-

mines; huius praecipuum quoque opus eſt modulatione ſua apte rempublicam temperare. Ita agreſtes Boeotorum mores tibiae ſtudium, tibiaeque aptatum Pindari carmen mitigauit; ſic Tyrtaei numeri Spartanos, Argiuos Teleſillae modi, Lesbios Alcaei cantus excitarunt; ſic et Polycratem Samiis mitiorem reddidit Anacreon, eiuſque tyrannidi Smerdiae amorem, Cleobuli comam, tibiaſque Bathylli, et Ionicos immiſcuit cantus.

6. Iam antiquiora his quid attinet dicere? Celeberrimus ille Orpheus Oeagri et Calliopes ipſius dicitur fuiſſe filius,

n πολιτείαις ἦθος κεράσαι] In voce prima putaui mendum eſſe Typothetarum: ſed in hac editione continuatum video. ſcribendum vero, πολιτείας ἦθος κεράσαι τῷ μέτρῳ, vt XXIX, 2. ποιὸν τι πολιτείας ἦθος κατεστήσατο τοῖς αὐτοῦ θρέμμασιν; quod ἤθη πολιτικὰ vocat XXXVIII, 3. ſic φιλοσοφίας ἦθος alibi: et λόγου ἦθος VII, 1. ἦθος ψυχῆς, XIII. ad finem. M.

o τὰ Τελεσίλλης μέλη,] Teleſilla poëtria fuit Argiua, quae contra Cleomenem, Spartanorum regem, mulieres patrias armauit, eumque proelio ſuperauit. Vide Plutarchum de Virt. Mulier. tom. II. p. 245. Polyaenum VIII. 33. Clement. Strom. IV. p. 618. et Suidam.

p ἔρωτα Σμερδίου, καὶ Κλεοβούλου κόμην, καὶ αὐλοὺς Βαθύλλου,] Legendum et diſtinguendum opinor: κεράσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα, Σμερδίου καὶ Κλεοβούλου κόμην, καὶ κάλλος Βαθύλλου. de Smerdiae *coma* teſtimonium ſupra habemus ex Diſſ. XXV. ad fin. τῆς Σμέρδιος κόμης. et ex Antipatro Sidonio *Antholog.* III, 25. p. 277.

Ἢ Κίκονα Θρηκὸς Σμερδίεω πλόκαμον.

κάλλος vero pro αὐλοὺς reſcribo ex eodem loco Diſſ. XXV. καὶ τῆς

τῆς, ἐγένετο δὲ ἐν Θρᾴκῃ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει· νέμονται δὲ τοῦτο Θρᾳκῶν οἱ Ὀδρύσαι, ὄρειον γένος, λῃσταὶ, καὶ ἄξενοι· ἀλλ' εἵποντό γε Ὀδρύσαι ἑκόντες [q] ἡγεμόνι Ὀρφεῖ, καλῇ κηλούμενοι τῇ ᾠδῇ. Τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ μαινὰς ἐγένετο, ἄγειν εἰκαζόντων [r] τὸ ἀγεννὲς τοῦ τῶν κηλουμένων τρόπου ἀψύχοις σώμασιν. Ἄλλος ἦν περὶ Βοιωτίαν κιθαριστὴς γενναῖος, οὐ λίθους, οἷον ὁ μῦθός φη-

filius, qui in Thraciae monte Pangaeo natus putatur: hunc Thracum populi incolunt, quos Odryſos dicunt, homines agreſtes, latrociniis addicti, inhoſpitales: ſola tamen cantus voluptate deliniti Orpheum, tanquam ducem, ſecuti ſunt Odryſi. Hoc erat videlicet quercus et fraxinos ducere; feritatem enim ignobilem eorum, quos hac capi voluptate videbant, inanimi contulerunt corpori poëtae. Alius in Boeotia citharoedus erat praeſtantiſſimus, cuius artem non ſaxa, vt fabula vult, ſequebantur,

τῆς Βαθύλλου ὥρας. et ex Anacreontis Ode XXIX. quae tota eſt de Bathylli *pulchritudine*. M.

Sectio ς'.

q Ὀδρύσαι ἑκόντες] Vulgo ἑκόντες Ὀδρύσαι. A Mſſ. eſt ordo verborum.

r Τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ [μαινὰς] ἐγένετο, ἄγειν εἰκαζόντων] Scaliger reponit: Τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ [μελίας] ἐγένετο ἄγειν, εἰκαζόντων etc. Equidem lego: Τοῦτο ἄρα δρῦς καὶ [πέτρας ἐλέγετο] ἄγειν, εἰκαζόντων etc. Quinctilianus Inſtit. Orat. I. 10. *Quod rudes quoque et agreſtes animos admiratione mulceret* Orpheus, *non feras modo, ſed* ſaxa *etiam ſylvaſque duxiſſe, poſteritatis memoriae traditum eſt.* Euripides Iphig. in Aulide v. 1211.

Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον.
Πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι [πέτρας.]

Adi ſis et Orpheum Argon. v. 259. ſeq. 432. ſeq. Euſebius de Laud. Conſtantini cap. XIV. p. 760. Ὀρφέα μὲν δὴ μῦθος Ἑλληνικὸς παντοῖα γένη θηρίων θέλγειν τῇ ᾠδῇ, ἐξημεροῦν τε τῶν ἀγρίων τοὺς θυμοὺς ἐν ὀργάνῳ πλήκτρῳ κρουομένων χορδῶν παραδίδωσι· καὶ τοῦθ' Ἑλλήνων ᾄδεται χορῷ, καὶ πιστεύεται ἄψυχος λύρα τιθασσεύειν τοὺς θῆρας, καὶ δὴ καὶ τὰ δένδρα τὰς φηγοὺς μεταβάλλειν (forte καὶ δὴ καὶ τὰ δένδρα [μεταβαίνειν]) μουσικῇ εἴκοντα. Nam τὰς φηγοὺς pro gloſſemate habeo. Vide Apollonium Rhodium Argon. I. 28. Dion Chryſoſtomus Orat. LIII. p. 555. de Orpheo ſic loquitur: Τὸ γὰρ [λίθους] τε καὶ φυτὰ καὶ θηρία κηλεῖν καὶ ἄγειν, τί ἐστιν ἕτερον, ἢ τὸ βαρβάρους ἀνθρώπους — οὕτως ἄρα χειρώσασθαι — πρὸς κιθάραν κηλουμένους; Apoſtolius quidem Cent. XI. 10. pro prouerbio venditat: Καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο,

σι [s], προσαγόμενος τῇ τέχνῃ, (πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐξ ᾠδῆς τεῖχος;) ἀλλ' ὑπὸ μέλει ἐμβατηρίῳ καὶ τακτικῷ συναγαγὼν εἰς φάλαγγα τὰς Βοιωτῶν νέας τεῖχος ἄμαχον ταῖς Θήβαις περιέβαλεν. Οἷον τεῖχος καὶ Σπαρτιάταις ἐμηχανήσατο Λυκοῦργος, ἐπιτάξας τοῖς νέοις αὐλὸν ἡγεμόνα ἐν ταῖς μάχαις· οἱ δὲ ἐπείθοντο, καὶ ἐπολέμουν χοροῦ νόμῳ. Τοῦτον ἔχων καὶ Θεμιστοκλῆς τὸν αὐλὸν εἰς τὰς ναῦς ἐνεβίβασε τὰς Ἀθήνας, ὅτε ὑπ' αὐλῷ οἱ μὲν ἤρεσσον, οἱ δὲ ἐμάχοντο, ἐνίκων δὲ ἄμφω [t]· ξυν-

bantur, (quomodo enim cantu ſtrui poſſet murus?) ſed bellica militarique modulatione in acie Boeoticam iuuentutem ordinabat, atque ita inexpugnabili muro Thebas cingebat. Qualem et apud Spartiatas ſuos excogitauit Lycurgus, qui tibiam pro duce militari iuuentuti in proeliis praeire voluit; illi pone ſequebantur, et tripudiantes hoſtem inuadebant. Talis fuit et Themiſtoclis tibia, qua ipſas Athenas in naues deduxit; vbi ad tibiae modos remigabant alii, alii pugnabant, vtrique vincebant: huic

ἐγένετο, eumque ſequitur Eraſmus Adag. pag. 71. Sed hominem Graecum decepit corruptus hicce Maximi locus; nec enim alibi ſimile reperitur adagium.

Ibid. δρῦς καὶ μαινὰς ἐγένετο, ἄγειν εἰκαζόντων] Conieceram ἐλέγετο ἄγειν. et ita *Dauiſius.* Quid vero ſit, quod lateat ſub voce μαινὰς, difficile puto coniectura aſſequi. Cl. Editor vult πέτρας. ad ſenſum ſine dubio bene: ipſum vocabulum non credo eum attigiſſe. M.

s οὐ λίθους, οἷον ὁ μῦθός φησι, προσαγόμενος] Reg. et Harleian. [οὐδὲ] οἷον ὁ μῦθός φησι, προσαγόμενος. Lege: οὐ λίθους [ὅδε,] οἷον ὁ μῦθός φησι, προσαγόμενος etc. De Amphione loquitur, de quo, praeter alios multos, videndus Horatius lib. III. Od. XI. 1. et Art. Poët. v. 394.

Ibid. οὐ λίθους, οἷον ὁ μῦθός φησι] Codices: οὐ λίθους, οὐδὲ οἷον ὁ μῦθός φησι, etc. vnde *Dauiſius:* οὐ λίθους ὅδε, οἷον etc. Non opus. veriſſima eſt Mſſ. lectio: *non lapides, neque iſtud, quod* (vel *tale, quale*) *dicit fabula, arte adducens:* id eſt *murum*, vti ex proxime ſequentibus patet. λίθους pertinet ad praecedentem *Orphea*; prout liquet ex Diſcretiua οὐδέ. οἷον eſt τοιοῦτον, οἷον, vt XXVIII, 6. ἄλλο δὲ ποθεῖ ἡ ἐπιεικὴς ψυχὴ, καὶ οὐχ οἷον παρέχεσθε ὑμεῖς. id eſt, οὐ τοιοῦτον, οἷον. M.

t οἱ δὲ ἐμάχοντο, ἐνίκων δὲ ἄμφω·] Diſtinguo: οἱ μὲν ἤρεσσον, οἱ δὲ ἐμάχοντο. ἐνίκων δὲ ἄμφω, ξυνεπήχουν δὲ etc. ἄμφω ſunt *Lacedaemonii* et *Athenienſes*, (non *remiges*

επήχουν δὲ καὶ αἱ θεαὶ τῷ χορῷ Ἐλευσινόθεν. Ἐκεῖθεν ἐπινίκια ἔστηκεν, ἐκεῖθεν τρόπαια Λακωνικὰ καὶ Ἀττικά, θαλάττια καὶ ἠπειρωτικά, μετ' ἐπιγραμμάτων καλῶν. Τοῦτον τὸν χορὸν ἐνίκων μὲν Λακεδαιμόνιοι, ἐδίδασκε δὲ Λεωνίδης.

ζ'. Καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν, ἢ μουσικῆς πέρι ἀπομηκύνειν; ἀγαθὴ δὲ ἐν πολέμῳ παραστάτις [u], ἀγαθὴ δὲ ἐν πολιτείᾳ ξύνοικος, ἀγαθὴ δὲ καὶ παίδων τροφός. Ταχεῖα γὰρ τῶν αἰσθήσεων ἡ ἀκοή, καὶ ὀξέως ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὰ γνωσθέντα ἀναπέμπουσα, καὶ προσαναγκάζουσα συμφθέγγεσθαι καὶ συνορμᾶν τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν [x]. Ὅθεν ἄμουσοι ψυχαὶ καὶ ἐκμελεῖς παντὶ τῷ ἡδεῖ φαινομένῳ ἐνδιδοῦσαι οὐδαμῶς ἂν ποτε γένοιντο μέτοχοι

huic choro Eleuſiniae applaudebant deae. Hinc tot illa victoriarum monumenta; hinc Laconica Atticaque tropaea, mari terraque parta, cum inſcriptionibus pulcherrimis erecta fuerunt. In hoc choro Lacedaemonii vincebant, hunc Leonides docebat.

7. Quid autem pluribus opus eſt, aut de muſica vltra agimus? cum optima ſit pacis adminiſtra, optima belli comes, optima reipublicae ſocia, optima puerorum nutrix. Omnium namque ſenſuum velociſſimus auditus eſt, omnium celerrime, quae percepit, animae communicat, ſuiſque eam conuenire ac conſentire cogit affectionibus. Quo fit, vt animi vera a muſica alieni, quique quamuis voluptatis pro ea amplectuntur ſpeciem, nunquam

remiges et *pugnatores*) de quibus modo locutus fuerat. et innuit, ideo ambos viciſſe, quia *tibiam* et Muſicam proeliis adhibebant. M.

Sectio ζ'.

u ἀγαθὴ δὲ ἐν πολέμῳ παραστάτις] Obuia erat, probabilis coniectura, ἀγαθὴ ἥδε ἐν πολέμῳ etc. Sed multo magis probabile, totum comma deeſſe, ad hunc vel ſimilem ſenſum, [ἀγαθὴ μὲν ἐν εἰρήνῃ ἐπιστάτις,] ἀγαθὴ δὲ ἐν πολέμῳ παραστάτις. vide ſect. 5. Si vero nihil deſit, opinor ab auctore fuiſſe, ἀγαθὴ μὲν ἐν πολέμῳ παραστάτις. M.

x τοῖς [αὐτοῖς] πάθεσιν.] Lego τοῖς [αὐτῆς] πάθεσιν.

Ibid. τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν.] Scribe, τοῖς αὐτῆς πάθεσιν, ſ. ἀκοῆς, *ſuis adfectibus*, quemadmodum ipſa adficitur. Et ita *Dauiſius*. M.

y [ὀνομά-

ὀρθοῦ νόμου, μουσικὴν δὲ ὀνομάζουσι τὴν αὐτῶν ἡδονὴν [y] δι' ὁμοιότητα οὐ τοῦ τέλους, ἀλλὰ τῆς περὶ τὰ μέλη πραγματείας· οἷον εἴ τις καὶ ἰατρικὴν καλοῖ [z] τέχνην, ἀπεληλαμένην μὲν τοῦ ὑγιεινοῦ, περὶ δὲ αὐτὰ τὰ Φάρμακα ἐξεταζομένην. Οὕτως ἀμέλει καὶ γεωμετρίαν, τὸ γενναιότατον Φιλοσοφίας μέρος, οἱ μὲν πολλοὶ Φαῦλον, καὶ ἐπὶ τῷ Φαύλῳ τέλει, μέχρι τοῦ περὶ τὴν χρείαν ἀναγκαίου δοκοῦντος προσίενται, διαμετρῆσαι γῆν, καὶ ἀναστῆσαι τειχίον, καὶ πᾶν, ὅσον εἰς χειρουργίαν αὐτῆς συντελεῖ [a], δοκιμάζοντες, πρόσω δὲ οὐχ ὁρῶντες. Ἡ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Οὐ γὰρ ἂν ᾠκεῖτο χεῖρον ἡ γῆ, μὴ διαμετρουμένων αὐτὴν ἀκριβῶς πενήτων γεωργῶν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἴη ἄν τι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ τὸ Φαυλότατον· τὸ δ' ἔργον αὐτῆς, ὥσπερ τι ὀξυωπὲς τῆς

nunquam rectae legis fiant participes; et tamen muſicam dicunt voluptatem eandem, non finis reſpectu, ſed quod circa modulorum rationem vtraque verſetur: non aliter, quam ſi quis medicinam, non qua ſanitatem curat, ſed qua in remediorum contemplatione occupatur, artem vocare velit. Sic et geometriam, nobiliſſimam tamen philoſophiae partem, plerique hominum non aliter, quam viliſſimam artem, viliſſimoque fine, quatenus neceſſarius eius vſus videtur, admittunt; vt terram metiantur, murum attollant, quicquid denique mechanicis in ea artibus confert, nulla caeterorum ratione habita, vſurpant. Cum tamen non iſte eius ſit vſus: abſit vero. Nec enim minus terra habitabitur, niſi eam accurate pauperes aliquot diſtinguant agricolae; ſed haec viliſſima tantum eius pars eſt. At vero, ſicut remedia quaedam viſum oculorum acuunt; ita

y [ὀνομάζουσι] τὴν [αὐτῶν] ἡδονὴν] Vulgo [ὀνομάζουσα] τὴν [αὐτὴν] ἡδονήν. Prius ex codice monuerat Heinſius; poſterius exhibent Reg. et Harl. niſi quod lenem ſpiritum pro áſpero teneant.

z ἰατρικὴν [καλοῖ] Sic Reg. quod et Heinſio placuit. Vulgo καλεῖ.

a εἰς χειρουργίαν αὐτῆς συντελεῖ,] Lego, αὐτὴ συντελεῖ, ſcil. γεωμετρία. niſi forte hac conſtructione verba ſumenda ſunt; πᾶν αὐτῆς, ὅσον συντελεῖ εἰς χειρουργίαν. M.

 b ῥάμην

διανοίας φάρμακον, ῥώμην αὐτῇ ἐκ ἀγεννῆ παρασκευάζει [b] πρὸς τὴν θέαν τῶν ὅλων· ἀθέατοι δὲ οἱ πολλοὶ τῆς χρείας ταύτης, καθάπερ εἴ τις ἠπειρώτης [c] ἀνὴρ ναῦν ἰδὼν ἐν λιμένι, ἀγασθεὶς τῦ σοφίσματος ἔνδον τῇ νηῒ χρῷτο [d], πάντα κινῶν τὰ ὄργανα, τῦτο οἰόμενος εἶναι τέλος τῆς νεώς.

η΄. Φαίη δ᾽ ἂν, οἶμαι, πρὸς αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ εὑρέτις τῦ ἔργῦ [e] τύτῦ· Ὁρᾷς πέλαγος πλατὺ καὶ ἄπειρον, κεχυμένον [f] ὑπὲρ τῆς γῆς [g], συνάπτον αὐτῆς τὰ

ita proprium illius opus eſt vim quandam eximiam ad totius vniuerſi contemplationem intellectui noſtro ſuppeditare: quem quidem vſum eius pauci oppido viderunt vnquam; non aliter, quam ſi mediterraneus homo, nauem forte fortuna aliquam in portu videat, miratuſque hoc inuentum interiores nauis partes verſare incipiat, nec alium eius vſum eſſe arbitretur.

8. Huic, credo, homini ipſa operis inuentrix Minerua reſponderet: Videſne mare illud latum, immenſum, diffuſumque ſupra terram, quod illius fines coniungit; de quibus

b ῥώμην αὐτῇ ἐκ ἀγεννῆ [παρασκευάζει] Lege παρασκευάζειν, prout ipſa conſtructio flagitat.

Ibid. παρασκευάζει] Repone παρασκευάζειν: pendet enim a praecedentibus, τὸ δ᾽ ἔργον αὐτῆς (ἐστι) παρασκευάζειν ῥώμην. Sic etiam Cl. Editor. M.

c καθάπερ [εἴ τις] ἠπειρώτης] Vulgo καθάπερ ἠπειρώτης. Sed Heinſius ex Mſ. Regio voces eas addi voluit, eaſdemque nos in Harleian. reperimus.

d ἔνδον τῇ νηῒ χρῷτο,] Ἔνδον eſt *intra portum*: quod mox plenius exprimitur, ἔνδον ἐν τῷ λιμένι, cui ſtatim opponitur ἔξω τῦ λιμένος. Aliud igitur agebat Vir ſummus, cum vertebat ἔνδον *interiores nauis partes*. M.

Sectio η΄.

e ἡ εὑρέτις τῦ ἔργῦ] *Argo prima omnium nauis* dicitur Amm. Marcellino XXII. 8. Ac, vt ait Claudianus Bell. Getico v. 15.

Secandis
Argois trabibus iactant ſudaſſe Mineruam.

Tertullianus de Spectac. c. VIII. *Minerua primam molita ſit nauem.* Vide Phaedrum lib. IV. Fab. VI, 9. et Ariſtidem Orat. in Mineruam tom. I. pagg. 23, 26.

f Ὁρᾷς πέλαγος πλατὺ καὶ ἄπειρον, κεχυμένον ὑπὲρ τῆς γῆς,] Vulgo Ὁρᾷς [τὸ] πέλαγος πλατὺ, καὶ ἄπειρον, [καὶ] κεχυμένον ὑπὲρ τῆς γῆς. Nos a Mſſ. ſtamus.

g κεχυμένον ὑπὲρ τῆς γῆς,] Scio, quid dici poſſit de maris *altitu-*

τέρματα, ὧν πρόσθεν ὐδὲ ἀκοὴν [h] εἶχές τε [i], ὐδὲ ἐλπίδα τῆς θέας; Ἑκάςῳ δὲ εἷς ἦν τόπος γνώριμος, ὥσπερ οἱ φωλεοὶ τοῖς ἑρπετοῖς· Φιλία δὲ, καὶ ἐπιμιξία, καὶ κοινωνία, καὶ ἀμοιβὴ τῆς παρ' ἑκάςοις εὐπορίας [k], ἐκποδὼν ἦν, ἕως ὑμῖν τὸ σόφισμα τῦτο ἐμηχανησάμην τὴν ναῦν. Τῦτό γε τὸ ὄχημα ἀράμενον, ὄρνιθος δίκην, διαπλήσεται πανταχῦ· εἰ δὲ ἀπιςεῖς, πεῖρα μάθε τῦτο. Καὶ περὶ γεωμετρίας λέγει τις θεῶν, ἢ ἐκείνη ἡ θεὸς ἡ Ἀθηνᾶ λέγει [l]· Ἐκεῖσε βλέψον. Ὁρᾷς τῦτὶ

bus antehac ne fando quidem audiſti, quos ne viſurum quidem te ſperabas? Hactenus enim vnum tantum ſinguli cognitum habuiſtis locum, ſicut luſtrum ſuum reptilia: amicitia enim, commercia, rerumque, quibus ſinguli abundant loci, inter ſe commutatio, vix nomine tenus nota erant; donec hoc inuentum excogitaui vobis, quod vocamus nauem. Hoc namque vehiculum, auis inſtar, velociter ſublatum quocunque volabit: ſi dubitas, reipſa experire. Eodem modo et de geometria, ſiue Minerua, ſiue alia aliqua dea, hunc in modum dicat: Agedum, ſurſum ſpecta. Videſne illud,

altitudine ſupra terram. mihi tamen Maximus videtur ſcripſiſſe περὶ τὴν γῆν, *circa terram*: quod dilatat et illuſtrat verbis ſequentibus, συνάπτον αὐτῆς τὰ τέρματα. ſic infra: ἐληλαμένον περὶ γῆν ἐν κύκλῳ. et Diſſ. XLI, 1. de Oceano: εἴτε τις ἐςὶ ποταμῦ φύσις περὶ πᾶσαν γῆν εἰλυμένυ. M.

